

DISPUTATIONEM THEOLOGICAM,  
DE  
IVRAMENTO,  
PER  
DEI GENETRICEM  
ET SANCTOS RELIQVOS,  
MINIME PRAESTANDO,

---

PRAESIDE  
DN. CHRISTOPHORO HENRICO  
ZEIBICHIO,

S. THEOL. DOCT. ET PROF. PVBL. AD OO. SANCT.  
PRAEPOSITO ET CONSIST. ECCLES.  
ASSESSORE,

PRAECEPTORE SVO ET PATRONO  
SVSPICIENDO,

Ex Museo  
Hungarico

D. MART. c15 15 CCXXXIX.  
IN AVDITORIO MAIORI,

TVEBITVR

GEORGIVS GREGVVSCH,  
THVROCZ. HVNG.

---




VITEMBERGAE,  
LITTERIS SCHEFFLERIANIS.

MASODLAT  
A M. N. MUZEUMI  
SZÉCH. ORSZ.  
KÖNYVTÁRHÓL

INCLYTAE  
RELIGIOSISSIMAEQVE  
REGNI HVNGARIAE  
NOBILITATI,  
D V R A  
QVANDOQVE EXPERIENTI,  
S A C R V M.



KNY-18-00407



## POSITIO PRIMA.

*Vna cum precibus, iuramentum hominum ad cultum Dei externum merito refertur.*

*Ἐκ θεοῦ.*

### I.



uoiquot, cum morum Doctoribus nostris, iustitiae Sacerdotibus ac Theologis, siue in Decalogo explicando, siue in exponendis et vindicandis Scripturae oraculis, siue in difficilioribus enodandis casibus uersentur, de *Iuramenti* solide disquirunt, id una omnes religiose adstruunt, diuini *cultus* aliquam hic partem deprehendi. Fidem faciant, quotquot de

*Hominis Iuramentum pro parte cultus nostri Deo habent.*

*Iuramento*, uel generatim, uel etiam ex instituto, itemque de inuocatione diuini nominis, hinc nuda moralia persequentes, hinc Patrum et Conciliorum, Canonicorum item antiquissimos, hinc etiam in Polemicis, a misere circa hoc caput errantibus, ad dicendam sententiam, excitati, iam dudum tradiderunt. Loquuntur tamen singuli de iuramento *hominis*, non *Dei*, quod, pro nostra imbecillitate, descendens, ob certitudinem, suo quandoque foederi, nobiscum facto, superaddidit. Eiusmodi iusiurandum obseruatur potissimum duplex. 1.) Filii, Patri praestitum, Ebr. VII, 20 21. 2.) Dei, Patriarchis, Abrahamo imprimis, datum, Luc. I, 73. *IAEGERVS, de Foeder. Grat. c. I. § 4. p. 6. seq.*

II. Intimior, ad quem redimus, hominum, erga Deum cultus, in secretioribus animi conceptibus, cogitatis ac cordis gemitibus ad καὶ διο-  
 γνώσιν, Deum, per *externum*, corpore quoque ueniente in partes, erumpit, ne erubescere hic uelle uideamur, quin, nostro potius exemplo, et alios excitemus, uti ex *Simplicio ad Epictetum*, imo et *Chrysostomo*, haec B. noster ROEHRENSEVS edocuit, *Prudent. mor. P. IV. Class. I. p. 481. 486.* Vna in cultus diuini serie ponuntur 1) *Deum timere*, 2) *illi seruire*, 3) *in nomen eius IVRARE*; Deut. VI, 13. atque his tribus postea adhuc superadditur quartum, τὸ Deo adhaerere, l. c. X, 20. Hinc religiosus, suo in Cultu, *Paulus, inuocat* (ἐπικαλέσασθαι τὸν Θεὸν μάρτυρα) *in animam suam* Deum, 2. Cor. I, 23. ac suo: *est, est*, itemque *non, non*, de quo ex ore Christi, Matth. V, 39. locutus fuerat antea, l. c. u. 17. seqq. *iuramentum* superaddit; manifesto indicio, Seruatorem, Matth. l. c. per suum *nae, nae*, suumque *non, non*, absolute omnia iuramenta, ibid. u. 34. prout *Anabaptistis* inprimis uisum, nec prohibuisse, nec *superadditum τὸ nae, nae etc. iuramentum*, absolute ἐκ τῶ πονηρῶ esse, Matth. l. c. 37. *Corruptelas* Legis de Iuramento illorum temporum accusat Seruator, quibus 1) *in re quacunq[ue]* et leui quoque, iurare, licitum esse putabant, etiam *per Dei nomen*, modo non falso iurent; tantum enim *per Dei nomen* prohibita esse *periuria*. 2) *Per coelum etc.* iurantem, si etiam falso iuret, aut iurata non praester, *coram Deo* non facere *periurium*, quia *DEI nomen* absit; *per templum* iurare, *nihil esse*, Matth. XXIII, 6. 3) *Simplici affirmatione*, uel *negatione* promissa, uel contracta, postea uero non adimpleta, non uiolare conscientiam, quia *Deus sola* puniret *periuria*; Pluribus de Matthaei loco commentatur VOSSIVS, *Hist. Pelag. P. II. Th. I. p. 500. seqq.* SVICERI *Thef. P. II. p. 51. seq.* GERHARD. ap. *Dedekeunum* in *Consil. Vol. II. p. 336. seqq.* CONSIL. VVITTEB. *P. I. p. 78. et P. III. p. 154. seq.* CORNEL. ADAMI *Obserruatt. Theol. Phil. Cap. III. §. X. p. 105. seqq.* LIGHTFOOT. *Hor. Ebr. in Matth. OO. Vol. 2. p. 292. seq.* IO. NICOLAI *de Iuram. Popul. c. x.* ubi de Formulis iurandi Ebraeorum speciatim, p. 76. seqq. 100. seqq. Vid. CHEMNITII *Loci Theol. I. de Lege, p. 49.* et in *Harmon. Euang. T. I. c. LI. p. 448.* Cultum itaque Dei religiose nimium meditabantur, qui, quasi ex Christi illo praeecepto, ὅλως, ne quidem ibi, ubi poterant, iurare uolebant. Ipsi etiam ex Gentilibus quidam, καὶ χωρὶς ὀρκῶν εἶναι πιστῆς, ut, uel iniurati, mererentur fidem, connitebantur, abusum Deorum nominis ueriti, Pytha-

Cultu intimiori sic erumpente in externum.

Quod assertum Scriptura,

inducato simul loco, Matth. V, 39.

Gentiles adeo et quidam iurare prorsus uolebant,



*Pythagorei inprimis non iurabant, quamuis bona cum conscientia iurare possent; Imo, cum Pythagoram nominare nollent, per inuentionem numeri quaternarii, quem tetractyn appellabant, nomen eius circumseripserunt:*

*Iuro Illum Sophiae a quo nostrae inuenta tetractys,*

*In qua naturae fons est, radixque perennis,*

IAMBlicHI *Vit. Pythag. cum Not.* L. Kusteri, *Amstel.* 1707. p. 35. et 126. seq. IO. SELDENVS, *de Synedr.* L. II. p. 470. Fulminibus armati in periuorum poenam, aliis credebantur gentilibus Θεοὶ ὄρκοι, pro iurisiurandi Praesidibus habiti et Arbitris, quemadmodum et *Stygem*, periuris destinatam, ὕδαρ τῆ Διὸς ὄρκις dicere solebant, SPANHEMIVS, *Dub. Euangel.* P. III. *Dub.* CXXIII. p. 630. Si qui hanc, uti apud *Aelianum* est, cum *Lysandro*, uel *Philippo*, Macedone, fouebant sententiam: Δεῖ τὲς παῖδας τοῖς ἀσεργάλοις ἐξαπατῶν, τὲς δὲ ἀνδρας τοῖς ὄρκοις, pueros talis, uiros iureiurando oportet circumuenire; ἐκ ὀρθῶς λέγεται non recte dicitur, alii iudicant, et perfidia laborasse ita sentientes, cum *Iustino* et *Pausania*, aiunt, AELIANI *Var. Hist.* L. VII. c. II. *cum Not.* Perizonii, p. 454. seq. *De testandam* prorsus impietatem ita sentientibus GROTIUS tribuit, *de I. B. et P.* L. III. c. I. §. 19. p. 1059. Alii adhuc *Pindaricum* illud, καὶ γὰρ θεῶν, ex recognita *Io. Benedicti μεταφράσει*: per iurandum enim, ita, cum *Scholias*te, interpretantur, ueteres saepe, cultus haud dubie reuerentia motos, Deorum hic nomina omisisse et per ipsius iuramenti religionem iurasse, PINDARI *Nemeor.* Od. XI. *Salmur.* 1620. p. 646. seq. Idem in cultu reuerentiae genus exhibituri, uarii ALEXANDRO AB ALEXANDRO producantur populi; et *Flamini* speciatim *Diali* praestare iuramentum, perpetua lege uetabatur, *Gen. Dier.* L. V. c. 10. *Ff.* 1594. p. 658.

III. Quam diuini cultus quasi reuerentia ducti, cum *Basilio*, *Chryso*sto. *Patres item Ecclesiae nonnulli* mo etiam, et *Theophylacto*, ex *Veteribus*, multi existimarint, μετὰ χειρὸν, finita scilicet paedagogia legali, πονηρὸν εἶναι ὀμνύειν; quamque *Matth. V. diuiserint*, cum statim sequentibus componenda; τὸ ὅλως a speciebus subiectis separauerint; ad Formam iuramenti, a *Matthaeo* expressam pertinentia, ad Genus illius et substantiam retulerint; prohibitionem limitatam in absolutam uerterint, contra scopum dicentis, connexionem dictorum, locos parallelos, naturam rei prohibitaе, species subiectas, exempla probata, praxin *Christi* et sanctissimorum uirorum, protestationem

tionem Domini apertam, se non uenisse, ut solueret etc. haec, inquam, omnia FR. SPANHEMIVS, l. c. p. 626. fufius exposuit. GREGORIVM quoque NAZIANZENVM nimia hic incefferat religio, ut propalam scriberet: *Regis sermonibus diligenter aduertere conuenit, ac IVSIVRANDVM omni ratione fugere, idque praesertim, quod in Dei nomine concipitur, Orat. LIII. OO. Antw. 1612. T. I. p. 291. Vid. inpr. CHRYSOST. Hom. XII. in Matth. T. II. OO. p. 340. SVICERI Thes. P. II. sub ὄρκος p. 510. seq. CLEM. ALEX. Strom L. V. p. 435. EPIPHAN. adu. Haer. L. I. p. 44. S. BASILII ad Amphiloeh. Canon. XXIX. in GVIL. BEVEREGII Συνοδικῶν, T. II. p. 87. RIVETVS, in Genes XXII. OO. T. I. p. 420. 1282. seqq. 1285. b. T. II. p. 157. C. LVPI Synod. Decret. et Canon. P. I. p. 996. seq. DORSCHAEI Theol. Mor. p. 24. seq. VOSSII, Hist. Pelag. L. V. P. II. Thes. I. p. 500. seqq.* Recentiores inter, iidem non defuere, qui diuinum in iuramentis cultum reueriti, ab iis temperare sibi, quasi praeceperunt. Herrnhutenses, nouiter multa somniantes, non dicam, de quibus refertur, omnia et apud hos prohiberi iuramenta, ne praestare, ibi sueta, Magistratui reneantur, *Histor. und Theol. NACHRICHT von der Herrnhut. Brüdersch. 1735. p. 36.* De iuramentis loquens alicubi Dn. SPERNERVS, haec etiam, inquit, *fundi nostri calamitas. et nescio, ullane ciuitas sit, in quibus tot iuramenta praestantur, quae seruatu tantum non impossibilia perhibentur a plerisque, qui et exigunt ea, et sibi imponi, patiuntur; sed, post omnia monita. res pene desperata est, Consil. Latin. P. I. p. 151.* Alibi, de iuramenti rectitudine agens, sanctam merito reuerentiam requirit, imo, rariorem eius usum optat, ne ipsa frequentia, quod fieri proh dolor! uideremus, uilesceret, l. c. P. II. p. 12. Quam Anabaptistae, cum Mennonistis, Arnoldus, in elogiis Pelagianorum, Wicles, Tennhartus, Rosenbach, et alii, Iuramenta, sine omni quandoque addito, improbauerint, nunc recensere nolum, Vid. PROTOCOLL. Franckenthal, Artic. X. MENNONISTARVM, Claricarum inprimis Confessio in Borussia, A. 1678. ARNOLD. Hist. Haer. P. I. L. V. c. V. §. 2. p. 234. TENNHARTI Warnungs - Stimme, p. 165, PFANNERI Bedencken von Rosenbachen, P. II. p. 547. Sanctioribus Teutonum moribus et maiori, apud eos, iuramenti religioni tribuit IO. SCHILTERVS, quod non sufficere putauerint, actorem uel reum iuramentum praestare, sed requisuisse, simul, certo numero, coniuratores, Sacramentales, iuramentales quoque et compurgatores dictos;

ae recentiores,

imo, et Teutones prisca.

dictos; tamen si hi postea, cum res saepe uana, multis abusibus obnoxia, inutilis, nec periculorum esse expers, deprehenderetur, deinceps iterum abrogarentur, *Prax. Iur. Roman. L. XII. Tit. II. p. 247. ZIEGLER. ad Lancelott. L. IV. T. II. §. 2. p. 95. HACHENBERGII German. Med. Diss. III. p. 81. et. qui nuper ex instituto in his uersatus est, Collega honoratissimus, Dn. D. WEIDLERVS, de Sacramentalibus, §. XVI. XIII. XX. XXIII. seqq. p. 18. 21. seqq. 27. 31. seq. 34. seq.*

IV. Ex his itaque, hucusque dictis, nemo non intelligit, quo actu religioso Supremum reueremur et praedicamus publice *καθ' ὅσον*, omnipraesentem, omniscium, ueracissimum, maxime sanctum ac iustum, potentissimum insuper ad remunerandum et puniendum, quod religiose iurantes, facimus, ibi Deum pie et reuerenter coli. *Iurandum est SPECIES PRECVM*, B. SCHOMERVS scribit, quo nempe Deus inuocatur, ut sit testis et uindex ueritatis, simulque siue tacitam, siue expressam sui deuotionem, seu execrationem continet, si quid contra ueritatem dixeris, *Doctrin. Moral. c. 8. §. 13. p. 50. Iuramentum*, allegatis simul scripturae locis, B. CHEMNITIVS ait, praecipitur et est *PARS CVLTVS diuini et CONFESSIONIS nominis Dei*, Harmon. Euang. T. I. C. LI. p. 448. b. Et paulo post: *Sententiae Deut. VI, 13. et X, 20. affirmant, exercitium timoris et CVLTVS DEI esse, per nomen eius iurare, et hanc INVOCATIONEM, hunc honorem et hunc CVLTVM Deus non uult transferri ad alios, aut etiam communicari uel creaturis, uel idolis. Et qui in hanc sententiam iurat, uel per Elementa, uel per reges, uel etiam PER SANCTOS, peccat ut sacrilegus, l. c. p. 449. b. 450. b. Prorsus et in his, Dn. D. LANGIVS consentit, per Deum iurare, inquit, ex usitato idiotismo sacro, in genere significat DEVM COLERE, Anti-Barb. P. II. p. 323. Nauseat et haec ac paulo uehementius perstringit Dn. D. FLEISCHERVS, pontificium esse, existimans, si pro sancto et parte diuini cultus, uel etiam pro oratione et precibus quasi habere iuramentum uelis; cultum et preces non restricturum fuisse Christum, Matth. V. nec Christianos primos horrorem a iuramentis fuisse testaturos; die Sabbathi ea alios prohibuisse; imo arcuisse ab iis alios Clerum, ad Seculum usque VII. A Pontificiis haec proficisci, qui ita commodius Ciuilia ad se omnia uoluissent rapere, quare et iurandi formulam commutassent in preces, assumtis, eodem consilio, reliquiis, euctuto Euangeliorum libro atque adscitis Clericis, ut mirum adeo sit, his ludicris naeniis (Fratzen)*

*Religiosum  
namque  
metuebant  
actum,*

*in alia li-  
cet digredi-  
ente Dn. D.  
Fleischero.*

*ad quae re- spondetur.* Protestantes adhuc posse delectari. Nobis alia et hic mens sedet, quandoquidem 1) in hoc Auctore, ubi et plura, quae dedit, eminent scandala, isthaec nos facile non mouent. 2) *Restringi* utique et ad *cultum* ac *preces* spectantia, iure possunt, si *ibi* colueris etiam Angelos, sanctos etc. *hic* uero *βαπτολογία* etc. excurrere nimium uelis. 3) Ex male intellecto Matthaei loco, *horrorem* concipiebant quidam, cum balneo infantem simul eiaciantes, quem, rectius scrutantes, deinceps facile mittebant, 4) qui ordinaria iudicii negoria, *die Sabbathi* non tractabant, illi et iuramenta hac die, prout fit similiter et hodie, facile euitabant, ne, de ita praecipiente Canonica saltem auctoritate, dicam. *Clericos* 5) arcuerint per ualidum tempus (nondum enim et hic rigorose calculus subductus est) habebant hoc cum aliis quoque diuturnis saepe erroribus commune, per sex se quandoque et amplius secula, uti Eucharistia infantium, diffundentibus. Rectius hinc THEODOR. REGNERVS BASSENN, ex instituto hoc argumentum tractans, *inuocationem diuini nominis* et *speciem adeo adoratonis cultusque diuini* hic agnoscit, in quo, uti in sacris alias, per illud solenne: *Hoc agite*; sic, per Censores, iuraturi: *Ex animi sententia iurate*, fuerint excitati; uti et, quam sic cultui fuerint dediti, per gestus externos, adorantibus alioqui suetos, *tangendi aras, elatae manus, dextrae ad coelum protensae*, quibus addi poterat *in Thesmophorae*, h. e. legiferae Cereris templum descensus, *ibi incensae faces, sacri ignis et extorum attactus* probassent, *de iure iur. Vett. inpr. Romanor. Trai. ad Rhen. p. 40.* Vid. ACTA ERVD. LIPS. 1730. p. 56. Conf. ALEXAND. ab ALEXAND. G. D. L. V.

*Et thesis adeo nostra porro stabilitur,*

*sub applausu Theologorum, Hulfsmanni et Scherzeri,*

c. 10. p. 651. seqq. Nouellis Doctoribus haud dubie rectius, cum Hulfsmanno, Scherzerus et alii sentiunt pie eruditi; At, horum quaeso, audi sententiam: *Soli Deo SERUIES, et per nomen eius IVRABIS*; Deut. VI, 13. *Iuramentum enim est actus RELIGIOSI CVLTVS, seu INVOCATIONIS Dei. Solus Deus religiose COLENDVS et INVOCANDVS est.* Et postea: *Iurabis: uiuit Dominus etc. Ier. IV, 2. i. e. Deum testem ueracem et iustum uindicem, si mentiar, INVOCO, qualiter fecit Apostolus: ego Deum testem INVOCO etc. 2. Cor. II, 23 ex quo duo habemus: quod iurare Christiano liceat; et quod Deus in iuramentis INVOCARI debeat, SCHERZERI Breuiar. Hulf. enucl. Cap. XII. Tb. XIII. p. 726. I. A. SCHMIDIVS sic itidem merito sentit: *Iuramentum est PARS CVLTVS diuini et actus RELIGIONIS; imo, inde, non sine acumine, colligit, in scriptura hinc nunquam Daemones legi, iurasse,**

I. A. Schmidii,

*iurasse, quia a DEI CVLTV abhorreant, Comp. Theol. Mor. P. III. c. 18. §. 5. p. 239. Quare et Planetarum ille Angelus, pro bono se venditans, in fine, non per Deum, quem colat, sed sub primatione status, honoris et dignitatis suae atque aeternae maledictionis sententia, iurat, apud IAC. EBERTVM, in Histor. Iurament. 1588. fol. 52. 53. Diuini itaque Cultus exercitium iuramentum utique nobilitat, ad stipulante iidem B. CHLADENIO: Iuramentum pertinet ad cultum Numinis Cbladenii, externum, Instit. Theol. mor. P. III. c. 2. p. 400. Nec minus B. IAEGERVS: Iuramentum Dei agnitionem, CVLTVM et INVOCATIONEM testatur - - - quid, quod nomine et religione iuramenti, DEI CVLTVS etiam, qua talis in N. T. futurus erat, quasi in compendio denotetur? Es. XIX, 18. etc. Theol. Moral. p. 133. B. GERHARDVS, Gerhardi etiam, prout semper solet, perspicue iuxta, ac solide, et hic sententiam dicat: Iuramentum est PARS CVLTVS diuini, quia, per quem iuramus, eum profitemur, nos pro uero Deo agnoscere - - - Est ergo iuramentum quaedam confessio diuinae excellentiae, Rom. I, 9. testis mihi est Deus, cui seruo in spiritu meo, in Iudicio de Iuram. ap. Dedekennum, in Confil. etc. Vol. II. p. 336. Ne plures dicam, nouantibus, et in minutiis sibi iudiciosis, multo maiores, qui omnes in Symbolorum effatis acquiescunt: Iurare est opus ualde bonum, quo Dei LAUDATVR ueritas et iustitia imo, et Sym. bolorum, confirmatur, mendacium resellitur etc. CATECH. MAI. Concord. Piae, p. 419 seq. Occoecati ipsi Gentiles, per Creaturas, quas antea diuino cultu honorabant, postea demum iurabant, quod, eundo per gentium exempla, IAC. EBERTVS docuit, in Histor. Iuram. f. 54. seqq. nec minus, Hinc et, in sacris alias a nobis dissentientes, hoc tamen fiducialiter ex dissentientibus alias, asserunt: Pietatis externae actum esse INVOCATIONEM, quae fiat, consentiente Curcellaeo, in IURAMENTO, quae sit religiosa Dei INVOCATIO - - - Voce iuramenti, aliquando VNIVERSVM Dei CVLTVM intelligi, uti Ps. LXIII. 12. laudabuntur omnes, qui IURANT in eo; et Es. XLV. 23. IFRABIT mihi omnis lingua, quod Paulus reddat per ἐξομολογήσεται; Rom. XIV. 11. Vtiet HIERONYMVS, in Cap. IV. Ierem. τὰ iurare, per confessionem, ad condemnationem idolorum, exponit, CVRCELLAEI OO. Theol. p. 545. seq. Et IAC. ALTINGIVS: Iurare in re Religionis Altिंगio, usurpatur pro PROFESSIONE, in Ep. ad Rom. c. XV. OO. T. IV. p. 181. Consentit C. VITRINGA, in Es. c. XLV. T. II p. 509. b. it. ad c. XLIIIX. Vitringa, l. c. p. 543 a. et adhuc euidentius, ad c. XIX 18. T. I. p. 570. b. Per nomen Dei iurato, CLERICVS περιφραζεται: eum solum COLITE, CVLTO-*

*RESQVE* eius uos *profitemini*, ad Deut. VI. 10. p. 444. ALTINGIO, interpreti C. Reformatorum haud dubie eruditissimo, idem plane uide-  
tur; *IVRARE*, inquit, *in re religionis usurpatur pro PROFESSIONE*,  
ad Rom. XIV. 11. OO. T. IV. p. 181. a. et in Ep. ad Ebr. *ibid.* p. 179. a. Ad  
*aras* solennissime iurasse ueteres, iam supra diximus, uid. 1. Reg. IIX. 31.  
ut hinc *tenere aram, aras tangere, super, uel coram altaribus iurare etc.*  
dixerint. Vid. CLERICVS, 1. Reg. VIII. p. 387. seq. inprimis uero DV  
FRESNE, *Glossar. m. Latin. Vol. II. Lit. I. col. 153. seq.* quod *cultum* iti-  
dem iurantium omnino prodit, utpote qui ideo, *coram uitulo* in BETH-  
AVEN, nec in AEGYPTO, Ier. XLIV. 26. ne quidem per Deum ui-  
uentem, quod *cultus* ibi idololatricus esset, iurare, Os. IV, 15. nec *no-*  
*minare* quidem Deastros, *religiose* scilicet et cum honore, Ex. XXIII,  
13. Os. II, 17. debebant. *NE IVRETIS, nempe IBI: b. e. ne me colere*  
*in DAN et BETHEL cum idololatria praesumatis.* Prohibet igitur,  
*ne uerum cultum cum idololatri misceant.* Opinantur enim hypocri-  
tae, nihil referre, si impiis Sacris intersint, *communicent, modo Dei*  
*cultum praetendant*, DAV. PAREVS bene sententiam dicit, in *Hosea,*  
*Commentariis illustrat. ad Cap. IV. p. 88.* Vid. WALTHERI Harmon.  
ad l. c. p. 420. a. b. DVNTE Cas. Conf. p. 192. seq. Pateremur facile  
SIXTI SENENSIS effatum, licet eo *λατρεία*, tacite forte, simul a δα-  
λεία distinguere uelit, et in graecis insuper religiosus admodum non  
sit, in uerbis: *Iuramentum recte collocatur inter primas partes illius*  
*supremi cultus, qui graeca uoce λατρεία (pro λατρεία) appellatur.*  
Quod uero Lutheranos simul inter illos, quos uocat haereticos, referat,  
qui Christianis omne prorsus iurisiurandi genus interdixerint, hoc  
certe falsissime dictum est, *Bibliothec. Sanct. p. 480. B.* Plura de Cultu  
Dei, per Iuramentum, uid. ap. RAVANELLVM, *Biblioth. S. P. I. p. 860. b.*  
RIVETVM, in *Explic. Decal. OO. T. I. p. 1283. et T. II. p. 159. b.* FLA-  
CIVM, *Clau. Script. P. I. col. 495.* DORSCHAEVM, in *Theol. Mor.*  
p. 26. GROTIUM, de *I. B. et P. L. II. c. 13. §. 10. p. 700.* prolixius et fere ex  
instituto, ap. I. A. OSIANDRVM, in *Obseru. ad Grot. L. II. c. 13.*  
p. 957.

Pareo,  
Sixto Se-  
nensi.

## POSITIO SECUNDA.

*Religiosus hic cultus, et generatim, et speciatim,  
per iuramentum exhibendus, soli uero  
debetur Deo.*

Ἐκθεσις.

I. **T**emeraria, in re familiari, uilissima et nimium repetita, specialiter in sequentibus allegata, per *solum Deum* non praestita, non omnia, Matth. V, 34. seqq. Iac. V, 12. (Sir. XXIII, 9. XXVII, 15.) Christus prohibet iuramenta: Absolute, si reiecisset eadem cum Apostolis, nec iuraturi ipsi, cum primis tum, cum ad dictum *Matthaei* locum respicitur; 2. Cor. I, 23. cum u. 18. 19. nec iuramentum πάσης ἀντιλογίας πέρας εἰς βεβαιώσιν, Ebr. VI, 16. allegaturi fuissent. Disuadebant equidem temeraria Iudaeorum Doctores iuramenta; Satis autem seuerè eadem non puniebant, periurium scilicet committi minime, iurando per *caelum* etc. arbitrantes. Vid. CHEMNITII *Loci Theol. Loc. de Lege*, p. 49. seq. B. SCHMIDII, *Fasc. Dissp. Theol. Philol. Dissp. XI. p. 625. 628. 639.* SPANHEMIVS, l. c. *Dub. CXXIII. p. 626. seq.*

*Non absolute itaque Iuramenta reiecit Christus.*

II. *Solum colendum esse religiose Deum, Scriptura omnino, et asserit, grauissimeque praecipit. Praecipitatum abigit, repetita haec, ex Deut. VI, 13. X, 20. uox, ac fulmine quasi ictum, tentatorem, Diabolum, Κυελο τῷ Θεῷ σὺ μόνω λατρεύσεις, SOLI Domino Deo tuo seruias; quod docet Matth. IV, 10. quare illis maxime nitens, cum SCHERZERO, HVLSE-MANNVS infert: Iuramentum est actus religiosi Cultus seu inuocationis Dei. SOLVS autem Deus religiose colendus et inuocandus est. Ergo SOLVS Deus pro teste ac uindice religiose inuocari per iuramentum potest, Breviar. c. XII. §. 18. p. 726. seq. Ad gentes accessuros, per Iosiam, Deus sedulo monet, ne in nomine Deastrorum iurent: Ios. XXIV, 7. Si tamen iurandum sit, neminem, nisi uiuentem Dominum, in ueritate (testem mendacii maximum) et iustitia (iuranti cuius retributurum) Ieremias praescribit et commendat, c. IV, 2. Mibi, Deus ait, cui par alius dari nequit, se incuruaturum est omne genu, et iuratura omnis lingua, Ef. XLV. 23. Hoc maneat, licet Madriti quondam editus Expurgatorius Index hanc sententiam: Adorari, SOLVS Dei est et Creatura nulla adoranda est, hoc addito notet: Delcatur*

*SOLVS tamen Deus colendus est, Scriptura,*

*nullo hic Indice expurganda.*

ex Indice OO. Athanasi, et ex Indice OO. S. Augustini; Scripturam ergo, de-  
 lebimus ipsam? Hoc potius illud est יהוה שבעת iuramentum IEHO-  
 VAE, ambigua decidens, Ex. XXII, 10. (II.) cum Deut. VI, 13. Ps. LXXIII,  
 12. Gen. XXIV, 3. Rom. I, 10. 2. Cor. I, 23. Ap. XV, 6, Maximus hic unus  
 est, per quem adeo iuramus solum, quare et, iuraturus ipse, non, nisi per Se,  
 per Animam suam, Fidem, Sanctitatem, Nomen suum; per Dextram et bra-  
 chium suum etc. Ecclesiae τὸ ἀμετάθετον τῆς βελῆς αὐτοῦ, consilii sui im-  
 mutabilitatem confirmaturus, Ebr. VI, 17. Ef. LXII, 8. iurare potest, Ebr.  
 VI, 13. Am. IV, 2. Gen. XXII, 16. Deut. XXXII, 40. Ps. LXXXIX, 36. Ier.  
 XXII, 5. XLIX, 13. LI, 14. Conf. VITRINGA, in Ef. C. LXII, 8. T. II.  
 p. 844. et in Ἀνακρίσεις Apocal. ad c. X. p. 422. seq. et p. 432. seq. CLE-  
 RICHI in his uerlutiam uide et Scripturae torturam, in Genes. c. XXII,  
 16. p. 171. Et solennis iurandi formula facta erat: Per Iehouam iura-  
 re, Iud. XXI, 7. 1. Sam. XIX, 6. XXIV, 22. XXIX, 10. XXX, 15. 1. Reg.  
 II, 23. etc. In Deo Veritatis iurare, Ef. LXV, 16. Populus Dei iurat per  
 nomen Dei: Viuit Iehouah; Ier. XII, 16. Deserentes uero, moechantes  
 et in domum meretricis turmatim uenientes, בלתי בלתי לא יהוה per non  
 Deum, Ier. V, 7. Vid. de formula iurandi pluribus, ap. KAVANELLVM,  
 in Biblioth. P. I. p. 861. a. et IAC. ALTINGIVS, in Ep. ad Rom. c. XIV.  
 OO. T. IV. p. 181, a. b. seq. Hoc agebant, et Messiae in V. T. omnium  
 minime simul obliuiscabantur, de quo, in Ceremoniis Iuramenti, infra  
 etiam quaedam recurrent. Παράκλησιν τῶ Ἰσραὴλ auide expecta-  
 bant, Luc. II, 25. atque hinc, ex Tractatibus aliquot Talmudicis,  
 LIGHTFOOTVS euidenter probat, formula: Ita uideam CONSOLA-  
 TIONEM, usos esse Iudaeos, ut adeo nihil frequentius iis fuerit,  
 quam iurare, per DESIDERIVM suum, uidendi hanc CONSOLATIO-  
 NEM, Hor. Hebr. in Lucam, OO. Vol. II, p. 498. b. In N. T. hoc no-  
 men etiam multo adhuc frequentius repetebant; In commune quasi  
 uertebatur Sacramentum: Per Christum, quia hoc facio; Per  
 Christum, quia nil aliud dicturus sum; Per Christum, quia nil aliud  
 acturus sum, ut CHRISTI NOMEN non uideretur iam Sacramentum esse,  
 sed sermo, cum, et scelera quaedam se iurarent, PER CHRITI NO-  
 MEN esse facturos, quae acerbissimae quaerelae SALVIANI MES-  
 SALIENSIS sunt (μὴ τὸν χριστόν, Graeci dicebant) de Gubernat. Dei  
 L. IV. nr. 125. OO. p. 76. cum CONR. RITTERSHVSII ad Saluian.  
 Comment. p. 42. Plura quoque de Aduerbiis his δεικνωτικῶς, ἢ, καὶ  
 μὴ et μὴ, Vid. in EBERTI Histor. Iuram. f. 57. SELDEN, Synedr. L. II.



P. 479. RITTERSHVSIVS, *l. c. p. 105.* ER. SCHMIDII N. T. *p. 101. b.*

III. Per hunc utique iurandum est, qui et periurium noſcit, et hinc animaduertere in illud grauiffime queat, (2. Cor. I, 23. 1. Ioh. III, 20. Rom. I, 9.) qualis inter creaturas inueniri nequit, *ſolus uero Deus* haec talia praefat, Ez. XVII, 18. Am. I, 9. Mal. III, 5. 1. Tim. I, 10. Gentiles peierantes, ſi uel hominum effugiſſent poenas, Numinum tamen uindictae ſubiiciebant, putabant namque, a *Furiis* diſcrutiari illos, quae ad pleſtendos periuros, menſis cuiusuis die quinto, per terras diſcurrerent, ex *Heſodo*, LACKEMACHERI *Antiqq. Graec. Sacr. P. III. c. 2. p. 459.* Ius Orientis Caefareum periuro acclamat: *ῥλωσσοκοπέειδω*, lingua praeciditor! Vid. SELDENVS, *de Synedr. L. II. c. II. p. 474. ſeqq.* Conf. HORNBECK. *Theol. Pract. T. II. p. 360. ſeqq.* MVLLER. *in Anabapt. Error. XX. p. 366. ſeqq.* CLOPPENBURG. *Gangraen. Anabapt. P. III. Diſp. IX. §. 7. p. 148.* Da mihi ergo, extra Deum, quippiam, quod 1) ubi iuratur, ubique ſit et omnia ſciat et *καρδιογνωστω* gaudeat; quod pectora ſeruetur et conſcientias, teſtis ſimul, et uindictis loco, futurum; quod 2) exacte ueriſſimum, imo, ipſa ueritas ſit; quod 3) tam ſanctum ſit, ut ne minima quidem contamini macula queat; tam 4) iuſtum, ut a nemine, nec fauore, nec odio moueri unquam a iuſtitiae patrociniſio queat; tam 5) denique potens, quod rite et innocenter iurantes, miris afficere, ex gratia, praemiis, in periurium contra et perfidiam, coram hominibus, ſaeppiſſime tectam, animaduertere poſſit: hoc, inquam, tu mihi da, creaturam ſcilicet, quae extra Deum ſit, ita tamen in Deum conuerſam; aut, ſi dare nequeas, ſolum, per quem iurandum ſit, Deum, facilis admitte. *Quemadmodum ſolus Deus inuocandus eſt*, I. A. SCHMIDIUS ſcribit, *ita etiam per SOLIUS Dei nomen eſt iurandum, utpote in cuius omniſcientia, ueritate, et iuſtitia fundatur iuramentum rite conceptum*, Comp. Theol. mor. P. III. c. 18. §. I. p. 236. Per ruinoſum ſuum, inter *λατρεία* et *δολεία*, hic factum diſcrimen, nihil Pontificii dicunt, confuli ab optimo et ſummo Interprete, Chriſto, qui uocem V. T. *רַבּוּת* *δολείας* indicem, per ſuum *λατρεύσεις*, et quidem *μόνον Θεῷ*, Matth. IV. 10 exponit, SCHERZERI *Syſt. L. II. p. 80. ſeq.* Ad *λατρεία* iuramentum ipſe *Catechiſmus Romanus* refert, et iurandi ritu, ipſe Deus ſuum deſinit cultum, Pl. LXIII, 12. Ef. XIX, 18. XLV, 23. XLVIII, 1. Of. IV, 15.

*Deus ſolus omnia periuria nouit et animaduertere in ea poteſt*

*Idemque omnia, circa Iuramentum neceſſaria, poſſidet,*

*nec quicquam ſuo, inter λατρεία et δολεία diſcrimine, efficiunt Pontificii.*

*Solus Deus* Vid. RIVETVS, in *Pf. XXIV. 00. T. II. p. 159. seq.* In *folius Dei*, τὸ μεί-  
 ὄ μείζων ἐστὶ, ζῶνος, fide, quae summa, omnes uero homines mendaces sunt, se-  
 curi demum acquiescimus; Ebr. VI, 13. 16. Creaturae, qua Creatu-  
 turae, inter se pares, imo, sub illo sunt, qui ὁ μείζων merito audit.  
*certissime,* *quae male* *iuurata sunt.* *Iosua*, nomine totius sui exercitus, iurauerat Gibeonitis, cum uita, li-  
 bertatem se iis esse donaturum, Ios. IX, 15. 18. 19. Quadringentos  
 deinceps post annos, iuramentum illud frangebat *Saul*, crudeli quodam,  
 ast in sacris plene non descripto, in eos desaeuendi modo, quod uero  
 Deus *trienni ammonae caritate* seuerè puniebat, uix reconciliationis  
 quodam medio, per *Dauidem*, inuento, 2. Sam. XXI, 1. 2. seqq. *Ze-*  
*dekia* itidem periurium sic exacerbauerat quasi Deum, ut, eo aspiciente,  
*regii mactarentur liberi*, ipsi postea *effoderentur oculi*, et *catena* insu-  
 per *ligatus*, in *Babyloniam captiuus* deduceretur, 2. Reg. XXV, 7. uid.  
 Ez. XVII, 16. Pluribus hunc *μείζωνι, ἀμετάθετον κὶ ἄσυλον, maximum,*  
*immutabilem et inuiolabilem* PAREVS praedicat, in *Ep. ad Ebr. col. 297.*  
*seq.* Ius uero eius ἀποκατατορικόν in omnes creaturas, etiam EPISCO-  
 PIVS mire effert, *disp. de Dominio Dei, 00. Vol. II. P. II. p. 396. seq.*

*Per solum*  
*Deum, ab-*  
*solute et a se*  
*uiuentem,*  
*iuratur,*

IV. Per *solum* iurandum esse Deum, alii adhuc a iuratoria hac spe-  
 ciatim formula arcessunt: ὩΣ ἢ *VITA* ego, ζῶ ἐγὼ, λέγει κύριος,  
*VIVO* ego, dicit Dominus, Rom. XIV, 11. etc. qua nemo uti posset, prae-  
 ter Deum, absolutum uitae suae possessorem, a nemine dependentem,  
 et uitam adeo, sine mortalitate, aeternam habentem. Atque sic omni-  
 no est. In creaturis, quae uitam, Dei beneficio, habent, uita eorum sal-  
 tim aliquod *adiunctum* est: Deus uero non tantum *uiuens*, sed ipsa quo-  
 que *uita* est. Per eiusmodi itaque uiuentem, dum iuramus, quis dubita-  
 re uellet, non, nisi per *solum* Deum, iurari? Forma Iuramenti differt,  
 equidem in uerbis, *Deus testis, Deus uindex sit; ita me Deus adiuuet* etc.  
 quae rem tamen, eo omnia tendunt, ut *solus* Deus inuocetur, atque ad eius  
 testimonium, imo, ad uindictam quoque illius iustam, si male quis iura-  
 uerit, prouocetur; quod adeo et gentilium iurisiurandi formulae docere  
 possunt, secundum *Plutarchum*: πᾶς ὄρκος εἰς κατ'ἀρχὴν τελευτᾷ τῆς ἐπι-  
 οφλας, omne iuramentum in diras desinit, si quis peierauerit. Idem ali-  
 cubi et *Grotio* obseruatur, ad foederum formulas, apud *Liuium, Poly-*  
*bium,*

*quod et*  
*aliae iuran-*  
*di inferunt*  
*formulae;*

*bium, Festum, prouocanti: Ita se mactarent Dii, uti ipsi nunc agnum; Feriat illum Iupiter, uti ego hunc porcum; Ita me Diespiter eiiciat, uti ego hunc lapidem, Conf. IAC. ALTINGIUS in Ep. ad Ebr. OO. T. IV. p. 178. b. seq. et ad Rom. l. c. p. 181. seq. SAVRINI Entwurff der christl. Theolog. u. Sitten L. P. II. p. 389. seq. AMAND. POLANI Syntagma Theol. Christian. T. II. col. 800. seqq. GROTIUS de I. B. et P. L. II. c. 13. §. 10. p. 700.*

V. *Soli Deo etiam iurantium deberi cultum, in ceremoniis irem et circumstantiis docere uoluere antiqui. Trinum in Personis, qui solus omnia est, et parem non habet, tribus erectis digitis, imo, femori superioris subiecta manu, Gen. XXIV, 2. XLVII, 29. (dextrae carpum potius uult HERM. uon der HARDT, in Iuram. per dextrae carpum, non per Femur, A. 1711.) benedictum semen, ex femoribus Patriarcharum proditurum, quandoque notabant; quam sententiam Augustini, Hieronymi, Ambrosii etc. cum SPANHEMIO, subtiliorem, quam solidiorem, uel, cum CLERICO, inauditam, ego dicere nollem, Dub. Euang. P. III. Dub. CXXIV. p. 637. Conf. BVDDEI, H. E. V. T. p. 386. seq. Barbeum et Gladium, ad femur gestatum, Messiae imperii testem, Ps. XLV. IO. NICOLAI ponit, de Iur. Popul. c. XI. §. 6. et 7. p. 129. seqq. Lapidem, antea sumtum, etiam abiiciebant, de quo postea; manus in coelum irideu-  
leuatae et-  
ium ad coe-  
lum manus,*

*bant, Gen. XIV. 22. (Es. III, 7.) eum quasi monstrando, quem in testem uoces, aut PER QVEM iures, ex meditatione FLACII, Clau. S. P. I. col. 496. Alii, Franci speciatim ueteres, segetis, uel aristarum fasciculum, Fasciculus, coelum uersus proiciebant, Deo innocentiam suam commendaruri, uid. ex Eberlingii prouocatione ad iudicium Dei, BVCHER-SAAL sus proie-  
tus.*

P. I. p. 865. HACHENBERGII German. med. p. 81. IO. NICOLAI, de Iuram. Popul. c. IX. p. 67. ABR. SCVLTETI tempore, iurantium  
Candela  
ardens et  
extincta,

manibus candela inferebatur ardens et deinceps extincta, cum acclamatione, sic animam bene, uel male iurantis, uel coram Deo lucentem, uel extinctam esse, SCVLTETVS, in der Koenigl. Wahl. Pred. p. 12. Huc quoque Euangeliorum tactum referrem, quatenus hinc uera sententia diiudicatur, non uero, ex errantium passim Pontificiorum quorundam opinione, aestimatur, quod scilicet, uti Sichardo et Antonio Tesfauero uisum, ille ad substantiam Sacramenti et iuramenti requiratur, et Episcopi iurantes, iuxta se saltem posita haberent Euangelia, ex mystica sorte, iocante sic Duareno, ratione, quia ea, nec legerent, nec attingerent, ZIEGLER. ad Lancelott. L. III. T. XII. §. 2. p. 804. PHILIPPI Decis. Dub.

XXV. *obs.* 2. p. 442. Versetur in eiusmodi Cerimonialibus alicubi FR. CHRISTIAN. LVPVS, Iprensis, et ita, inter alia, sententiam dicit: *Super Sancta Euangelia ac Dominicam Crucem iurare, est vetustissima Christianorum consuetudo*, Synodor. Decret. et Canon. P. II. p. 1502. Plura non inerudite de ritibus iurantium dabit IO. NICOLAI, l. c. cap. XI. *seqq.* p. 118. *seqq.* Iurent alii, et Cereris induant purpuram; non nisi, in templis, id faciant; Aras tangant; per Patrios Deos, Sacramentum praestent; Defunctorum, quos credidere Deos, sepulcra contingant; mactatis hostiis Deos, periurii ultores, sollemniter uocent; reuerentia Deorum ducti, abstineant esu uictimae, super quam iusiurandum erat conceptum, uiscera alias, minus solida, auidissime comedentes: In circumstantialibus eiusmodi, uel nescientes, soli Deo praestandum esse hunc cultum, delusi licet alias a malo genio, edocuere multi, uid. ALEX. ab ALEXANDRO G. D. L. V. c. 10. p. 651. *seqq.* CAMERARII H. S. Cent. 2. c. 78. GELLII N. A. L. XVI. c. 4 p. 389. *seqq.* IO. POTTERI Archaeol. Gr. L. II. c. 6. BRVNING Comp. Antiqq. Graec. c. XX. p. 220. *seqq.* LACKEMACHERI Antiqq. Gr. Sacr. P. III. c. 2. p. 450. I. P. PFEIFFERI Antiqq. Graec. L. II. c. 27. p. 260. *seq.* et L. I. c. 28. p. 51. THEODOR. REGNER. de BASSEN, de Iurciurand. Vett. p. 132. ubi haec Cerimoniae, in corporali inprimis Iuramento, pluribus excutiuntur. De iuramento in Reliquiis SS. super corpus S. Dionysii, per IV. Euangelia et per V. Euangelistas, Vid. DV FRESNE Gloss. Lat. T. II. Lit. I. col. 155. itemque P. HACHENBERGII German. Med. Diff. IX. §. 18. p. 340. *seq.*

VI. Cultum hunc secure itaque praestamus amplius Deo, et iurandi formulam: *Ita me Deus adiuet et sanctum eius uerbum*, nec pro inconuenienti, reputamus, quorsum Balduinus, et Wesenbecius alicubi tendunt, Verbi namque, et in genere, et uerbi absolutorii in specie ui et efficacia quasi se abdicant, si falso iurent; ex H. VEFELMANNI Fascicul. Cas. Conscient. NOV-ANTIQ. 1709. p. 672. Nec, dum Christum simul pro teste aduocant, hoc pro N. T. additamento, uti tamen Catechismus Raccouiensis uult, habemus. Iacobus namque et Mose iam tum Angelum Redemptorem et rubi Habitorem, Testem ac benedictionis Collatorem, feriarum item cordis asseuerationum Inspectorem, aduocabant, Gen. XLIX, 16. Deut. XXXIII, 16. uti VITEMBERGENSES, in Consiliis, P. I. p. 718. hoc latius deducunt. Ne de iurantium, Patriarchae femori subiecta manu, uicissim moneam. Neminem

Altarium  
iuramentis  
et.

Retinemus  
uero merito  
suetam no-  
bis iurandi  
formulam.

Nec obstant  
Iuramenta,  
inter no-  
stros,

Neminem confundat, quod de *Gentilium, Iudaeorum, imo, et Atheorum,* ualentibus quandoque Iuramentis, asseritur, quos tamen *folius* ueri Dei, *Messiae,* exigua admodum cura, uel plane nulla tangat. At, bene habet. *Gentilis* Iuramentum, per falsos Deos, unde *Pol, Perpol, Aedepol, Ecastor, Hercle, Mebercle, Medius fidius etc.* B. BRISSONIVS, de *Formul. l. VIII. p. 706.* merito, ceu *impium,* improbatur; Ier. V, 7. XII, 16. Am. VIII, 14. Zeph. I, 5. est quoque *irritum* idem, si iurans suis ipse Diis, nullam, quam metuat, inesse credit diuinitatem, ad iurantis persuasionem enim illud accommodatur, u. g. si quis cum *C. Caligula,* per salutem et fortunam sui *equi,* inuitati ad coenam, et cui hordeum apponebat ex auro, uinum ex poculo aureo fundebat, consulem eum profusus facturum, iurare uellet, A. TIRAQVELL. ad *Alex. ab Alex. l. V. c. 10. p. 656.* Vim tamen habet, et, si aliter iurare *Gentilis* nolit, postulando iuramentum in genere, non idololatricum in specie, *deserri* illud iuxta, et *acceptari* tum potest, sine peccati participatione. Si iurans diuinitatem eorum, per quae iurat, et credit, et metuit, delatio et acceptatio non *temere* fit, sed summa urgente necessitate, quum nullum aliud, rem expediendi medium super est, Conf. LVD. DVNTE *Cas. Consc. p. 212. seq.* SPANHEM. *Dub. Euang. P. III. Dub. 124. p. 644. seq.* A. RIVETVS, in *c. XXXI. Genes. Exercit. 136. OO. T. I. p. 527. et in explicat. Decal. ibid. p. 1288. seq. it. Comment. in Ps. XXIV. OO. T. II. p. 163. seq.* BVDDEI *Theol. mor. P. II. c. 3. Sect. V. §. I. p. 610. seq.* Probandum eiusmodi iuramentum in se quidem non est, errant namque in *λατρείας* huius obiecto debito, recedentes a Deo magis, quam, quod ad eum tendant; *Fides* illius tamen, dum per Deum se iurare uerum putant, secundum *Augustinum,* *Ep. CLIV. ad Publicolam,* admitti debet ab eo, qui hac iurantem fide nititur, ad rem licitam et bonam, pacti honesti confirmationem: Et periurium utique, etiam a sic iurante, si fefellerit, committitur. Obligat eiusmodi etiam iuramentum, licet non *qua tale,* tamque peruersum est, sed ex *conscientia,* tametsi erronea, et *fide data iurantem,* uti et *Labanis* ius iurandum quondam, per Deum *Nachor,* uerum cum falsis miscentis, obligatorium erat (dubitante licet *Pufendorfio,* in *I. N. et G. L. IV. c. 2. § 4. p. 339.*) et a *Iacobo* acceptatur, Gen. XXXI, 53. Multa illicita sunt, dum *fiunt,* et tamen obligatoria, si *facta sunt.* Acquiescebat quoque in eiusmodi iuramentis, u. g. *Abimelechi,* quondam *Abrahamus* et *Isaacus,* Gen. XXI, 31. XXXVI, 31. (de *Iacobo* modo uidimus) uicinatorum Regum, *Hierami* inprimis, *Dauid;* Romanorum, *Machabaei* etc. Mich. IV, 5.

Gentilium,

EBERTI *Histor. Iuram. f. 34. b.* OSIANDRI *Obferu. ad Grot. p. 985. feqq.* SCHMIDII *Comp. Theol. mor. P. III. c. 18. §. 1. p. 236. feqq.* RIVETVS, *in Gen. XXXI. OO. T. I. p. 527. feqq.* SCHILTERVS tamen suadet, ut talis a Principe ordinetur formula, quam, et Muhamedanus, et Iudaeus, et paganus, falua religione, publice approbata, iurare queat, *Iuris Rom. T. II. p. 252.* ALTINGIVS, *in Ep. ad Ebr. OO. T. IV. p. 179.* Quae *Iudaeorum*, Iudaei inter nos, dextra communiter Bibliis, usque ad carpum, inserta, uel etiam *Phylacteriis* ac *Tallis* induti (LIGHTFOOT, *Hor. in Matth. p. 357.*) omnes legis maledictiones, ignem Sodomeum, Deum nunquam opitulaturum etc. sibi imprecantes, iurant, pari modo diiudicanda sunt, et, per solum tamen Deum recte iurari, adhuc indubium manet. Imputari nempe, nec *deserenti*, nec *acceptanti*, urgente necessitate ineuitabili, potest, quod ita iurans Iudaeus, licet alias, per idola, iuramentum mire detestetur, sua tamen solius culpa, in detestabili uerfetur errore, quo ideo, quod Trinitatem negat, uerum Deum non adorat. Solicite de his, Iudaeorum iuramentis, alii quaerunt, ut, ueritatem quaesitantibus, ob praetensa quaedam *Talmudica*, gentis *consuetudines*, *reseruationes saepe mentales*, *ambigue explicatas*, quae admiscentur, *Ebraeas uoces*, suetamque *perfidiam*, aliquid ualere queant, *VVagenseilius*, *Eisenmengerus*, *Tauschenbergius*, C. D. *Bernhardus*, alii; imo, medelas quoque commendant, si uocibus, pure germanicis, iurent, ne, omnia inter eos periuria facile condonari, credamus (inter namque ipsos medio testandae fidei eos habere opus) si scilicet cerimoniae, quibus capiuntur, multae, cum diris et execrationibus, addantur, uti *Celeberr. Dn. VVOLFFIUS*, *Biblioth. Hebr. Vol IV. pluribus obseruat.* Conf. *IAC. EBERTVS*, *l. c. f. 51. b. feqq.* *OSIANDER*, *l. c. p. 987. feqq.* *BVDDEI Theol. mor. l. c. p. 610. 611.* *PVFFENDORF. l. c. p. 639.* Non indiligenter hoc argumentum, in hac Academia, A. 1702. M. I. H. LANG, *Colbaz-Pomer.* euoluit, mediam ingressus uiam, quandoquidem omnem his iuramentis fidem, cum *Hofmanno*, *Müllero*, *Meisnero*, *Anton. Margarita*, *Brentio Oettingensi* etc. non derogat, nec promiscue omnia iis tam facile iterum solui, ac, nimias a quibusdam et enormes hic commendari cerimonias, non inerudite docet, in *Quaestione morali: Num Christianus iuramento Iudaei, rite ipse delato, tuto fidere possit? § III. V. IX.* Iuramentum denique *atheï*, cum illo gentilis cuiusdam fere conuenit, qui suis deastris ipse diuinitatem abiudicat. Deum non credit, qui cor suum inspiciat, seque, pro meritis, si peieret, punire possit; Sine efficacia hinc omne eiusmodi iuramentum

tum est, *BVNDDEVSL. c. p. 60.* Sic itaque iuranti, cum TVLLIO, acclamare posses: *Quomodo tibi placebit, Iouem lapidem iurare, cum scias, Iouem (Deum, quem negas, utpote non existentem) iratum esse nemini posse? L. VII. Epp. ad Famil. Ep. XII.* Pugner Textor et Willenbergius pro atheorum iuramenti ueritate, et quod requiri omnino queat: Nobis mens alia sedet. Actus religiosos, diuinum cultum, inuocationem Dei, utpote non existentis, Atheus ridet; quis ergo, de cuius atheismo confiter, iusiurandum, Dei eiusque nominis illudorium, requireret, uel acceptaret? Re tam inani, incutere sibi timorem, Atheus pro uanissimo habet; quale itaque hinc rei tuae praesidium et firmamentum expectares? et poscere tamen diuinæ sanctitatis et potentiae illusionem studiose uelles, hominemque proiectum ac misere aliquando puniendum, ad periurium poscere uelles? Iurauerit is uero alicubi, non tua culpa: Periurii utique et blasphemae delusionis reus agi, imo, ad praestandum id, quod illusorie per eum, quem non credit, iurauit, compelli potest, de quibus omnibus plura dabit B. ELSVVIGIVS, in *Controuers. de Atheism. recentior. §. XXXI. seqq. p. 51. seqq.*

VII. In fraudem nostrae huius ueritatis, eo prouocet nemo, *circum-* *In fraudem nostrae the-*  
*scribi* tamen, quandoque, per *creaturas*, uerum et pium, per Deum, iura- *seos, cir-*  
 mentum posse, et, nescio, quas per creaturas, poenas, licito modo, in se *cumscri-*  
 aliquem prouocare posse, quod indicio sit, per *solum* saepius Deum, non *ptum, per*  
 iurari; Videamus igitur de utroque paucis. Eo, cum Pontificiis, pro- *Creaturas,*  
 grediendum non est, ut arbitremur, per *creaturas* iurare nos posse, si *Iuramen-*  
 saltem *transitiue* et *relatiue*, non uero *absolute*, *ultimo* et *terminatiue*, *nequit,*  
 ad eas referatur iuramentum; *Finaliter* quippe illud a creaturis ad *transitiue*  
*taorem*, qui eluceat in iis, ferri. Iuramentum, *principaliter*, THOMAS *scilicet sal-*  
 ait, *refertur ad ipsum Deum, cuius testimonium inuocatur: SECUNDA* *tim et rela-*  
*RIO* autem *assumuntur ad iuramentum aliquae CREATVRAE*, non *tiue creatu-*  
*secundum se, sed in quantum in eis diuina ueritas manifestatur, II. Se-* *ras atten-*  
*cund. Q. 89. a. 2.* Sed enim, hae *περὸ θεοῦ*, in uerbo nullibi admissae, et *sedens;*  
 maioris intenti erroris, cum *glaucomate simplicium*, saltem *praeludia* *absit ma-*  
 sunt. *Iudacorum*, cordatiorum uero minime est, quando u. g. *per coe-*  
 lum iurant, hoc iuramento uti, *ad homines decipiendos*, uti *Cl. Schoetgenius*  
 obseruat, et Er. *Schmidius* idem illud *decipiendi studium* accusat, nec mi- *nus S. Schmidius, ex Iarchio, contra Heinsum;* Audientes quippe uo- *cem* *ⲙⲟⲩⲟⲩ*, ipsum Deum intelligebant, uti et ideo confiteri cogeban- *tur* *racite*, *baptismum Ioannis fuisse* *ⲉⲗⲉⲗⲟⲩⲟⲩ*, non *ⲉⲗⲉⲗⲟⲩⲟⲩⲟⲩ*, *Matth.*  
 XXI. 25. Aperte quoque fatentur ali. ubi Iudaei: *Quia PRAETER*

ad Chemni-  
zium prouo-  
catur fru-  
stra.

Deum, coeli et terrae creatorem, datur etiam ipsum coelum et terra, in-  
dubium esse debet, quod is, qui per COELVM et TERRAM iurat, non per-  
cum iuret, qui illa creauit, sed PER ILLAS IPSAS CREATVRAS,  
SCHOETTGENII Hor. E. T. in Matth. p. 202. et p. 40, E. SCHMIDII  
Nou. Test. cum Not. et Animaduers. p. 101. a. b. SCHMIDIUS, in Fascic.  
Disp. Theol. Phil. Disp. XI. §. 7. p. 625. et in primis c. Maldonatum, p. 668.  
seqq. Explicite utamur, solum per Deum facto, iuramento, et machina-  
tionibus eiusmodi, inuocatione ueri simul Dei implicita ac uirtuali, adeo-  
que inuento hoc mere humano, abstineamus, dum admissionum eiusmodi  
Ministris apud Deum, qui potius ipse, sine circuitu, uult inuocari, non  
opus est, atque Matth. XXIII. 16. seqq. Seruator insidiosa isthaec diuino  
honori inuenta, stricte reiecit; a quo CHEMNITIVS, uti quibusdam ui-  
sum est, minime abit, quum Pharisaeos dixisse, ait, per iuramentum, ubi  
non expresse nomen Dei, sed formulae, oblique saltem et indirecte ad Deum  
relatae, habeantur, posse impune falli; quod ultimum improbat, ceu te-  
merarium assertum: Iuramenta tamen eiusmodi ideo non ipsa probat,  
qui, facta per creaturas, ibidem expresse reiecit, ceu hominum sacrilego-  
rum, Harmon. Euang. T. I. c. 51. p. 450. b. Nec B. WALTHERVS abit,  
quum alicubi scribit, Matth. XXIII. 20. 21. 22. uideri Christum, permit-  
tere iuramenta per Creaturas, REDUCTIVE spectatas ad Deum; Lo-  
quitur enim tantum de eo, quod uideatur ita. Tum uero in sequentibus  
se explicat, per affirmationem indirectam, obliquam, nec minus, per iura-  
mentum, improprie dictum; Soli Deo hunc deberi cultum, nulli uero  
creaturae, id quod impium foret ac sacrilegum; Loquitur, cum Luthero,  
de obtestatione, oppignoratione, imo, de asseueratione uehementiori, reie-  
cta simul Iustiniani ac Pontificiorum formula, per Mariam et Angelos, non  
minus eorundem Pontificiorum missis, quae ante dixi, reductiuis, a crea-  
turis, ad Deum, Innocentium III. quoque ipsum et Concilia pro nobis alle-  
gans, WALTHERI Harmon. ad Matth. V. p. 500. 501. 502. SCHERZERVS  
mentem et hic, ut semper solet, ingenue eloquitur et accurate: Distin-  
ctio inter cultum TRANSITIVVM et TERMINATIVVM, friuola est,  
et, ita distinguentes, (similissime pronuntiare uelimus) ad minimum IDO-  
LOLATRIAE TRANSITIVAE, quae aequè prohibita est, reos facit,  
System. L. II. §. 30. d) p. 81. Conf. GROTIUS, l. c. p. 701. L. DVNTE,  
in Cas. Consc. de Lege DEI, Qu. XXIV. p. 211. seq. B. ROEHRENSEE Prud.  
Mor. P. IV. Class. I. p. 507. seq. Non iurandum est, RAVANELLVS ali-  
cubi scribit, per rem ullam creatam, siue DIRECTE, siue etiam INDIRE-

CTE



CITE, damnantur enim iuramenta *INDIRECTA*, in quibus creaturae nominantur et tacetur nomen Dei, Biblioth. Sacr. P. I. p. 861. b. Et, ex Iudaeis, Maimonide imprimis, pluribus alicubi IO. SELDENVS probat, nefas esse, iurare per rem aliam, CVM nomine Dei, PRAETER HOC, nullum aliud *DIGNVM* esse, cui communicetur gloria et honos, per illud iurandi, de Synedr. L. II. c. ii. p. 456. Deum solum eum non esse, per quem iuremus, ex *contestationibus* et *execrationibus* arguere nonnulli uolunt, ubi creaturae aduocentur, et multorum adeo mentio fiat, quae Deus non sint. Ast, et nos distinguimus utique inter *obtestationes*, *comparatiuas asseuerationes* et *execrationes* ab una, et deinceps, inter *proprie* sic dicta *Iuramenta*, ab altera parte, atque *ibi*, non *hic*, frequentius creaturarum simul, sine Dei contumelia ac superstitione, sensu commodo, fieri mentionem posse, largimur, quum homo rem terribilem, uel sibi charam, quasi prouocat, Deo tradit ac deuouet, ut, per eam, uel in ea, si peieret, puniatur: si haec non obseruauero, hic et in futuro seculo, partem habebō cum Iuda, et lepram Giezi et terrorem Cain (Nouell. VIII. c. 1. ex Decret.) uel rem etiam, uocat, sibi *uenorabilem* et aestumatam, ut, intuitu sui in eam affectus, doceat, quam serio nunc et sine fraude agat. *Iurare in aliquo* - aliquando est *EXECRARI*, ut iurare *PER DAVIDEM*, Ps. 102. 9. est imprecari alicui calamitates Davidis, IAC. EBERTVS scribit, in *Histor. Iurament. f. 16. Conf. f. 41. b. 42. a.* Idem *SANCTIVS* alicubi confirmat, cum *execratione* scilicet *iusiurandum* plerumque coniungi, ut dicatur: *Haec faciat mihi Deus etc.* Iudaeos Ieremiae sic dici, fore *iusiurandum*, (Ier. XLII, 18. XLIV. 12. Num. V. 21. 27.) ut dicturi alii sint: *Nisi hoc fecero, contingat mihi, quod Iudaeorum genti*, Commentar. in Zachar. c. VIII. p. 166. Conf. *STEPH. CVRCELLAEI Instit. Christ. L. VII. c. 28. in OO. p. 546.* Graecorum illud commune: *ἢ τὴν νεφέλην*; et *Virgilianum*: *Per caput hoc iuro*, perinde huc referunt. Sic, animo, quem dixi, *hostium in se agmina* David quasi poseit; Ps. VII. 5. 6. *Iosephus uero uitam Pharaonis*, Gen. XLII. 15. mire licet ideo in eum, ceu ab Aegyptiis seductum, inueſto *DOVGTAEO*; in *Analect. P. I. p. 48. seq. SVICERO* etiam, *Thef. P. II. p. 512.* *Hanna* itidem *uitam Eli*, 1. Sam. I. 26. *Elisa* porro *uitam Eliae* uocat; 2. Reg. II. 2. Conf. *Iob. XXXI. 16. seqq. 40. 1. Sam. XVII. 55. 2. Sam. XI. II. Ps. VII. 6. 1. Cor. XV. 31. 1. Tim. V. 21. Vetteres Christiani*, uti apud *Tertullianum* est, *Genium*, *Fortunam* etc. recusantes, *ἐκ ὀμνυμεν*, inquebant, *τύχην βασιλέως*, per *Fortunam Regis non iuramus*; *ORIGENES*, L. VIII. c. Cels. p. 421. mori malebant,

quam per malum hunc et perfidum *Daemonem* iurare, *ORIGENIS* *Epistolical. c. Celsum, L. VIII. p. 421.* haec, inquam, recusantes, salutem Imperatoris, omnibus augustiorem Gentis; *TERTVLLIAN. Apolog. c. 32. OO. p. 662.* alii adhuc, cum *Sethianis*, iuxta *Eutyrium*, Patriarcham, *Sanguinem Abelis* appellabant, veri nominis, iuramenta tum minime praestituri. Valer namque de his illud *BASILII*: 'Εἰσι δὲ τινες λόγοι, σχήματα μὲν ὄρων ἔχοντες, ἔχ ὄροι δὲ ὄντες, ἀλλὰ θεραπειὰ πρὸς τὰς ἀκούοντας, sunt quidam sermones, speciem quidem iuramenti habentes, qui tamen non sunt, sed obtestatio ad eos, qui audiunt, in *Pl. XIV. T. I. p. 133. Imprecationum*, in specie, quas pro invocatione Numinis, adeoque pro proprie dicto iuramento nemo facile habebit, licet ei quandoque iungatur, prolixius meminisse nolim, publicae illae fuerint, uel priuatae; *Gen. IX, 25. XLIX, 7. Conf. I. Sam. XIV, 44. XX, 14. XXV, 22* horret quoque animus, earum quaedam, ex *Aristophane* et *Aeliano* afferre formulas: plura de haecenus dictis, dabunt *SCHOMER. Doctr. Mor. c. VIII. p. 51. OSIANDER ad Grot. l. c. p. 981. seq. DORSCHAEI Th. Mor. p. 25. seqq. SCHMIDII Fascic. Disp. Th. Phil. Disp. XI. p. 653. GROTIUS l. c. p. 702. ZIEGLERVS, ad Grot. l. c. p. 362. seq. BRISSON. de Form. L. VIII. p. 716. seqq. PYFFENDORF. I. N. et G. L. IV. c. 2. §. 3. p. 489. seqq. I. BINGHAM Origg. Eccl. L. XVI. c. 7. §. 6. ex Riueto, p. 362. PFEIFFER-RI Dub. Vexat. ad Gen. XLII. 16. p. 216. seqq. RIVETI explicat Decal. OO. T. I. p. 1287. seq. Idem, ex instituto, l. c. p. 616 seqq. BROEHRENSSE. l. c. p. 508. seq. LVPI Synodor. Decreta et Canon. P. I. p. 820. seq. HAMBERGERI Ius iurand. Dauidis, 1. Sam. XXV, 22. p. 3. §. seqq.*

### POSITIO TERTIA.

*Per omne, quicquid sit, uerus tamen Deus non est,  
adeoque per creaturas, iurare  
minime debemus.*

*Ἐκ θεοῦ.*

*Quod, uel  
ex rationi-  
bus genera-  
lioribus, pu-  
ter;*

**I.** **G**eneratim siue de hac ueritate sentiamus, siue ad specialia quoque digrediamur quaedam, indubia illa ubique, neminique mouenda, persistet. Teste hic opus esse, Iudice ac Vindice infallibili, κατὰ φύσιν, omnipotente ac praesente ubique, supra modo dictum est, qualem omnis creaturarum chorus, suo in circulo, inuenire nequit. Extra Deum,

nihil

nihil religioſe colitur, nihil religioſe adoratur, uel, uti in compendio rem CHEMNITIVS eloquitur: *iuramentum eſt confeſſio, illum eſſe VERVM DEVM, per quem IVRAMVS*, LL. Theol. L. de Leg. Dei, p. 50. b. Secundum EPIPHANIVM, falſi, inter *Oſſenōs*, Prophetæ, *Elxai*, hæc erat uelaſania, quod, inter alia, per *ſalem, terram, panem, coelum, æthera, uentumque*, uelut per Numina, iurare iubebat, alios etiam quandoque hic teſtes, *coelum, aquam, ſpiritus, ſanctos orationis Angelos, oleum, ſalem et terram*, conſtituens, ut nihil adeo ſit, quod in *Epiphaniū* ἐπιφάνεια hic deſideremus: *πονηρὸς δὲ ἄρα ἢ ὁ ἐν τῷ Ηλξαι λαλήſας, malus eſt qui per Elxai locutus eſt*, Libr. adu. Hæref. L. I. OO. T. I. p. 40. 44. Haud ſapientiores in his, iuxta *Seldenum*, Muhamedani, tum per Deum, *Muhamedani* tum uero etiam per creaturas, *uariatim* iurare ſolebant; per *Angolorum* nempe ordines, bonorum iuxta, et malorum, per *uentos, nubes, æquoris naues, coelum, ſolem, lunam, ſtellas, ueſperinam inprimis, per terram, montem Sinai, per poma Perſica, oliuas etc.* SELDEN. de Synedr. L. II. p. 476. ſeqq. Quibus inſipientiores adhuc *Iudæi* le *Iudæi, et inprimis,* præſtant, quando uel ipſum Deum, per, ſe multo minora, per *VITAM Angelorum, Aaronis, Moſis, Salomonis, Iſraelitarum, Og, Mardochei*, imo, per *uitam portarum templi*, iuraſſe, delirant, Du. SCHOETTGENII *Hov. Ebr. Talm. ad Ebr. VI, 13. p. 957. ſeq.* Suis *cum Genti-* in fabulis, *Gentiles* ludant, per *Stygias*, diis que ipſis *formidabiles* *libus,* *aquas, ὄρεον Θεῶν*, per *Stygiam Paludem* iuraſſe multos, uti apud *Virgilium, Statium, Apuleium, ac Pindarum* inprimis eſt; *Laudet etiam Philo,* quaſi *PHILO*, *Iudæus*, iuratuſ, tergiuerſantes, et, reliquis omiſſis, hoc ſolum proferentes: *Ita me Deus adiunet*, ſuppleri etenim poſſe, ut addatur etiam *tellus, ſol, coelum mundusue*; *temerarios tam eſſe alios, ut, præteritis nimia proſperatione creaturis omnibus, ad ipſum Creatorem, Patremque uniuerſorum audeant, illotis pedibus, irrumperere.* Multo rectius *CYRILLVS ALEXANDRINVS* hic utique ſentit, ὁρκίος ἔδω θεός, inquiens, *μη τῶν ἐτέρων ὄνομα παρακομιζέτω τῶν, Deus teſtis ad iurandum adhibeatur, neque ullarum aliarum nomen afferatur*; et paulo poſt: *Τῶν ὄρκων ἢ χρῆται κατὰ φθω λοιπὸν ἐπὶ τῷ μείζον ἢ κατὰ ἡμᾶς, μᾶλλον δὲ ἢ κατὰ πάντων τὴν κτίσιν, iuramentorum deinceps uſus conuertatur ad id, quod nobis, imo, omni etiam creatura maius eſt, de Adoration. L. VI. p. 212. 214. Vid. de hætenus dictis, pluribus IO. PRICAEI Nott. ad Apulei. Metam. L. VI. p. 310. et L. IX. p. 556. PINDARVS, Olymp. Ode VII. p. 139. PHILO, L. de ſpecial. Legg. OO. p.*

p. 770. PAVSANIAS, in *Arcadic. L. VIII. Ed. Sylburg. 1624. p. 443.* et de iuramento, per creaturas, ex instituto, IO. MARCKII *Exercit. Scripturar. in N. T. V. p. 162. seqq.*

Gentium  
absoluta non  
tam mira-  
mur,

aliquibus  
licet emolli-  
ta,

Iouem in-  
pr. Lapi-  
dem iuran-  
tium:

Pontificii  
tamen et hic  
non prorsus  
abeunt,

quod Pfaf-  
sus merito  
taxat.

II. Effusi sua stoliditate et hic, plane ἀγνοῦντες gentiles erant, iurantes nempe per id, quod saltim ante manus erat; piscatores, per retia, per hastam, milites, Reges, per sceptrum, per Magistros discipuli, &c. IO. POTTERO annotante; Quare et, ex coniectura DORSCHAEI, *Theol. Mor. p. 24.* Patres circa iuramentum hoc timidiore erant. Per anserem ac canem (μὰ τὸν χίνα, μὰ τὸν κύνα) iurat Socrates, (ut, uel in unico, consentientem cum marito Xantippen introducant, iurasse hanc per selem, cum Italo quodam, apud Menagium, memorant, in *Observ. ad Diog. Laert. T. II. p. 93.*) Sit ita, quod Socratis Apologetae, Plato, Xenophon, ex recentioribus quoque Rittershusius, non illibenter audiunt, πολλοὺς θεῶν Graecorum eum, quasi Deastros eorum, anserum saltim canumque loco haberet, sic reprehendere uoluisse; Secundum Augustinum, *L. de V. R. c. 2.* naturae opera digniora existimasse iis, quae colerentur in templis, (Conf. DEDEKENN. *Theol. Consil. etc. Append. p. 282.* VRSINI *Analect. S. L. I. n. XII. p. 19. seqq.*) et iocularia adeo, secundum Pufendorfum, saltim fuisse, quum Socrates, uti dictum, Zeno uero per capparim, alii etiam sic: τὴν κέμυβην, iurassent. Per Iouem lapidem, tamen alii adhuc se obstringebant, filicem primum manu tenentes, eiicientes uero iterum, cum uerbis, si fallerent scientes, salua urbe, arceque, bonis se iterum sic abiici a Ioue uelle, quod pro solennissimo, sanctissimoque iuramento, secundum Alexandrum ab Alexandro, aliosque ueteres, habebant, uid. BRISSONIVS, *de Form. L. VIII. p. 710.* SELDENVS, *de Synedr. L. II. c. 11. p. 462. seqq.* IO. NICOLAI *Diatrib. de Iuram. Popul. c. II. §. 4. p. 15. seqq.* G. W. WEDELI *Centur. II. Exercit. Medic. Philol. Decas I. Exercit. X. de prouerb. Iouem lapidem iurare.* Ast, soli gentiles non sunt, qui per id, quod Deus non est, iurare solent; In Pontificiorum etiam sacris illa non exulat consuetudo, dum uaria, Gentilismo propinquiora, innuocatio inprimis eorum, qui Dii non sunt, frequentius ibi occurrit, quod in *Anti-Krausio* nostro, s. in dem *Auffsehen Gottes, über sein Lutherisches Zion* passim, p. 460. seqq. 464. iam tum attigimus. Dn. PFAFFIVS, quum alicubi attendit, quam, extra debitum usum, panem consecratum circumgestent, magnifice exponant, eumque adorent, creaturarum cultum ibi detestatur merito, et maiorem, quam in Gentilismo, ubi multi non putassent, idola sua ipsissimum esse Deum

Deum

Deum, quod Pontificii uero de pane, creatura, credant, idololatriam deprehendit, quapropter publice exclamat: *Cette idololatrie est encore plus grossiere, que celle, des Payens, Demonstret. Solid. de la uerit. de la Relig. Protest. Chap. II. §. IX. p. 95.* Quae diximus supra, pluribus asserunt IO. POTTERVS, *Archaeol. Graec. L. II. c. 6.* BRVNINGS, *Comp. Antiqq. Gr. c. XX. p. 220.* ALEX, ab ALEXANDRO, *G. D. L. V. c. 10. cum semestr. A. TIRAQUELLI, Ff. 1594. p. 654.* CAMERARII *H. S. Cent. II. c. 78. c. RITTERSHVS. Comment. ad Salutan. p. 105.* PV-FENDORF. *I. N. et G. p. 489.* IO. NICOLAI *l. c. cap. II. p. u. seqq.*

III. Quotquot uere timere Deum, haec, omni tempore, auersati sunt. Primi certe Christiani in Polycarpum suum, quem τὸν Ἰασημεσίον ἀποστολικὸν Eusebius appellat, feruide intuebantur, cui, instantibus licet Herode Irenarcha ac Niqeta, ut diceret, *Domine Caesar, et sacrificia*; cum Poly- itemque uoces: *Iura, per GENIUM Caesaris, iura, et protinus te dimit- tam, sūrdo haec dicebantur omnia, Christianum se esse, nec impie loqui posse contra Regem suum, Auctoremque suae salutis, contendenti: Accer- ferent modo bestias, incenderent ignem etc. nihil haec omnia moraban- tur τὸν τῶν Χριστιανῶν πατέρα, καὶ θεῶν τῶν ἑθιῶν κατατρέτην, Christia- norum Patrem et gentilium numinum euersorem, uti apud EVSEBIUM est, L. IV. H. E. c. 15. p. 131. seq.* Quae uehementioribus obtestationibus fecerunt quandoque, ubi, loco Genii, Caesaris salutem, omnibus Geniis au- gustiorem, iuxta Tertullianum, (*Apolog. c. 32. OO. p. 662.*) lubentius ad- mittebant, hic reperere nolim, utpote supra iam tum expedita, Vid. DESID. HERALDVS, *in Apolog. Tertulliani, p. 125.* WOWER. *in Minut. Fel. Octau. I. BINGHAM, Origg. Eccl. L. VI. c. 7. p. 363. seq. Id. L. XVI. c. 7. §. 6. 7. p. 361. seqq.* CHRYSOSTOMVS quidem durius de iuramentis in genere pronuntiauit, durissime tamen de iis, quae fi- unt per id, quod Deus non est. *Deificari enim ab his, dicit ea, per quae iurant, et talia facientem, fieri idololatriam, in cap. V. Matth. OO. T. II. p. 340.* Gentilium utique iuramenta, per tot conficta ac uana iurantium terri culamenta, Christianos postea mouebant, ut iuramenta quandoque omnia auersarentur, quod *Bastides*, inter supplicia Patoniana conuersus, testatus est, *se scilicet iurare non posse, quia Christianus sit, quare et, talis, capite deinceps plexus est, ex Eusebio, CENTVRIATORES MAGDEB. Cent. III. p. 99.* Alibi, in iurantes per creaturas, se uere admodum ani- maduertunt, ut *Clericum eiusmodi, secundum Concilium Carthagin. IV. c. 61. obiurgandum, et, si perstiterit in uitio, excommuniandum, praecipere- rent, batur.*

Primi haec auersaban- tur Christia- ni, cum Poly- carpo, per Caesa- ris Genium iurare no- lentes.

Chrysostomus consen- tit;

in seculis iu- rantes gra- uiter ani- maduerte- rent, batur.

rent, idque cum approbatione *Iuris Canonici*, quod *acerrimam castigationem* et *poenitentiam*, ita iurantibus, dictitavit, *cap. XXII. Quaest. 1.* Neque hic *Acta* reclamant in Imperio *Publica*, quae *Iustiniani, Imperatoris*, iurandi formulam, *per Deum, Christum*, at simul etiam, *per Mariam, Gabrielem* et *Michaelem*, Nouell. IX. ob Status A. C. addictos, in *Pacificatio- ne Passanienfi*, A. 1552. ita modificant, ut in Camera Imperiali Assessoribus et Officialibus reliquis, relinquatur liberum, utram, uel sub formula, modo dicta, uel sub hac: *Per Deum et Euangelium*, iurare uelint? Quod diuinae ueritatis et Religionis studiosissimus noster GERHARDVS bene urget, *LL. Loc. de Lege Dei*, §. 119. p. 198. seq. itemque Dn. D. FLEISCHERVS, cum addito, *die Protestanten haetten sich der Formul: ZV GOTT und DEN HEILIGEN, mit guten Gewissen nicht bedienen koennen*, pluribus allegat, *Geistl. Recht*, L. III. c. 15. p. 1518. Ipsa iurantium formularia dabit *die Cammer Gerichts-Ordnung*, Nr. LVII. seqq. in SCHMAVS. SII *Corp. Iur. Publ. Acad.* p. 302. seqq.

*Distincte  
sentiendum  
de Iuramen-  
to est, per  
creaturas.*

IV. Haec saltem duo inter se diligentissime discernimus, quum quaeritur 1) Num, per creaturas iurantes, u. g. per coelum, Dei thronum, Hierosolymam, Dei urbem etc. *indirecte* tamen et *reductine* iurare per Deum, dici queant? Quod supra, *Posit. II. §. 7. p. 19. seq.* negauimus. 2) Num per Deum, a Creaturis et potentia in eas, a coelo scilicet, terra, aliisque stupendis in natura effectis descriptum, iuramentum bene, legitimeque praestes? id quod nemo sobrius diffitebitur unquam. Obscurius tamen cum IO. MARCKIO sentire uidentur, qui dicunt, creaturas considerari 1) ut *Subiectum* recipiens boni uel mali, quod iurantes, precemur, si u. g. per caput, per animam, cetera, iuremus, et *implicite* sic simul ascendemus ad Deum; 2) ut *instrumenta* boni et mali, super iurantes uenturi, u. g. fulmen, ignem, aquam, Diabolum quoque etc. atque sic iterum Deum, ut causam Principalem dirigentem, includi. 3) Has creaturas proponi, loco ipsius Dei, uti Gentes fecerint; *omne ergo, addit, iuramentum fieri per Deum, et sic debere esse ratum.* Nobis haec rem non satis exhaurire, uidentur, et omne, uti debebant, quod per Deum non fiat, iuramentum amouere. *Priora duo, obtestationibus*, quam uere dicto iuramento, sunt conuenientiora; *Tertium uero, de obligatione magis illius et effectum*, quam de qualitate, loquitur, *Exercit. Scripturar. VI. ad N. T. p. 178.* Aperta quoque magis et praecipitata, quam bene expensa, IO. de ALLOZA, Iesuitae, confessio est: *Qui iurat per res sacras, uel. per creaturas, in quibus eminent aliqua specialis perfectio Dei, iurare PER DEVM, cen-*

*Marckii  
opinio,*

*expensa,*

*Io. item de  
Alloza,*

tur;

tur; in *Alphabet. Moral. p. 440.* tamen de obligatione eiusmodi, per creaturas etiam, iuramenti, non dubitemus, *Pufendorfio, de I. N. et G. L. IV. c. 2. §. 3.* contra *P. R. Viuarium, I. N. et G. L. II. c. 13. Qu. 18.* in eo ad stipulantes, *Conf. BVDDI Th. Mor. P. II. c. 3. Sect. V. §. 11. p. 610. seq.* Paulo pressius rem *B. W. LYSERVS* persequitur, licet, inquit, solum uerum Numen in iuramento inuocandum sit, si admisceatur falsum Numen, quoduis, quo cum agimus, pro Deo colit, ipsum OMNINO OBLIGAT, nec si deinde ueritatem agnoscit et conuertitur, a fide iuramenti liberatur, sed per receptum cultum ueri Numinis obiectum prioris iuramenti tantum mutatur, ipsa uero OBLIGATIO conscientiae PERMANET, *Syst. Ther. Exeg. de Iurament. p. 467.* Non ipse Deus hae creaturae sunt, ne Metonymice quidem, uti *Drusio*, aliisque uisum, Deus dicendae, nec testes et uindices, *instar Dei*, habendae: Urgeri tamen potest per eas facta iurantium fides, uti et supra, de Gentilium iuramento audiuimus. Habet eas, sic qui iurat, errans quantumuis et peccans, pro Deo, atque sciens, uolensque hoc, quo obligari uult, medium, non uero aliud, quod licitum sit, elegit. Dubitari equidem de hac obligatione *BALDVINVS* uidetur, cum *Azorio*; Sed enim respicit ille iurantem potissimum ipsum, in re illicita uersantem, idque adeo nunc assequentem et intelligentem, ubi haud dubie, male coepta, peius adhuc amplius persequeretur: Atque sic adeo non negat, *perseuerantem* in errore et in creaturas fiducia, alteri tamen, cui iurat, omnia obligari, *Cas. Consc. L. II. c. 9. Cas. XV. p. 261.* *IO. MARCKIUS, l. c. p. 180.* *Conf. S. SCHMIDIUS, in Fasc. Disp. Disp. XI. §. 28. p. 665.*

*Balduini mens expressa.*

V. Auditum illud horrendum inprimis est, si, iuraturus, per malum prorsus Genium, execratione potius terribili, se deuouere, atque uel hinc alteri fidem, per mendaciorum Architectum uaserrimum, fidem inquam, qua niti debeat, facere uelles, qua tamen uel ideo, apud religiosiores, hic excidit magis, quod ira, et per hunc, demens, propemodumque amens, iurare uoluerit. Prorsus illa uiris, qui toties, quibus abripiantur, uel discerpantur, Diabolorum ungues sibi exposcunt, ognittenda fuissent; *Prophetant* namque sic in medio domus suae, cum *Saule*, malo in eum Spiritu irruente; *1. Sam. XVIII. 10.* praesagiunt sibi, quae certissime, nisi resipiscant, euenient. *Ludouicum XII. le Diable m'emporte, Diabolus me perdat*, iurasse, *VIGNEVL MARVILLE* testis est, *Mel. Hist. T. II. p. 167.* quam horret alicubi impietatem *BENED. PICTETVS*, nullo modo, in

*Mali Genii pessima hic mentio,*

*secundum Pictetum.*

quiens, per **DIABOLVM** iurandum est, hoc enim, aut Deo ille a latere ponitur, aut supra Deum plane collocatur, quo Dei Maiestas summe debonestatur et blasphematur, Christi, Sitten-L. L. III. c. 14 p. 30, Quis probet itaque assertum IO. MARCKII, ita, nec concinne, nec cogitate fatis philosophantis: *Creaturas, si consideremus, ut instrumenta boni, uel mali, super nos uenturi, sicut ignem, aquam - et DIABOLVM ipsum, sic rursus INCLVDI DEVM, tanquam causam Principalem, in cuius - directione sint omnes istae causae inferiores, l.c. §. 8. p. 178.* Cordati Theologi alii a nobis non dissentiunt, modo recte intelligantur, assumto, inter *Iuramentum et Obtestationem*, discrimine, et probe obseruatis iis, quae de *circumscriptione per Creaturas*, Qu. II. §. 7. p. 19 sq. atque hi, Qu. III. §. 4 p. 26 dicta sunt. Alii *Iuramentum per Deum, in casu recto; per coelum uero, in Casu obliquo*, distinguunt, S. SCHMIDIUS, in *Fasc. Dissp. Theol. Philos. disp. XI. §. 14. p. 643. 663. seqq.* Puniuntur, per Creaturas iurantes, ob iurgationibus, excommunicatione, castigatione et poenitentiis, uti ex *Conciliis et Iure Canonico*, § III. praecedenti, uidimus: *Derelinquunt Deum, per non Deum iurantes*, Ier. V. 7. *disperdendi per Deum*, Soph. I. 5. *Impias* item, per creaturas iurantium formulas, a Christo simpliciter improbatas, dudum accusauit Hieronymus; quis iis itaque uel ullo modo inhaereret? Conf. BALDVIN. *Caf. Consc. L. II. c. 9. Caf. 2. p. 244. b.* Mentis incogitantia eadem laborare denique putem, qui per non Deum iurat, atque, qui ad talem preces fundit, eundemque colit. Iurat per Deum absentem ac coecum, qui cordis tamen intimiora, praesens, debet inspicere; per surdum, qui omnia tamen debet audire; per, potentia manibusque destitutum, et in uindictam tamen, saepe acerbissimam, aduocatur. O! miserum Deum, et magis adhuc deplorabilem illius, per iuramentum, cultum! Vid. PICTETI Sitten-L. L. III. c. 2. p. 197. etc. 14. p. 300.

VI. Nil, Positioni nostrae docemus aduersi, quando per *Euangelium* iurari quandoque, perhibemus. Non loquimur de *Cerimonia*, ubi librum Euangeliorum tangere simul quandoque solent, de quo supra; *Posit II. §. 5 p. 15. seq.* Sed potius de *Formula*, qua, uel in Camera Imperiali, per Deum **ET EVANGELIUM**, remotis Sanctis, uti § III. proxime antegressa, uidimus, nostris iurare licet. MATTH WESENBECIUS, cum Verbum, Euangelii scilicet, hic memoratur, difficultati ita mederi cupit, quod *Verbum* per quod, et communiter nostris in Iudiciis, iuramus, *hypo-statiscum* inquit, uelut, quod nullibi uero dicitur Euangelium, sub Deo etiam, quae uox proxime antecedit, iam tum continetur, in *Paratit. de Iur. iurand.*

Marckii  
Iuriora.

Iuramen-  
tum distin-  
guitur ab  
obtestatio-  
ne,

cum ratio-  
nibus, con-  
tra Iuram.  
per creatu-  
ras.

Quomodo  
per Euange-  
lium iurent?

Wesenbecii  
Verbum  
hypo-stati-  
cum.



*iurand. N. VI.* Alii formulam lubentius omnem uellent correctam; Sic **BALDVINVS**, non carere eam impietate, ait, in sensu Pontificiorum, qui- Balduini  
dubium et  
mens,  
buscum non sit colludendum, addentibus quippe Deo *Euangelium*, uti et  
eidem adderent Sanctos, *Cas. Consc. Lib. II. c. 9. Cas. 2. p. 245.* Hunc Pon-  
tificiorum sensum: *Ita me Deus iuuet et HAEC* (quae manu tanguntur)  
*SACRA EVANGELIA*, ceu *nix excusanda*, L. DVNTE etiam remouet; L. Dunte  
itidem et  
quae enim Libro Euangeliorum, Ioannis inprimis, quandoque tribuant,  
abunde constat, *Cas. Consc. de Lege Dei, Qu. 32. p. 217.* RIVETVS rem, Riuetti.  
hoc sensu conceptam, pro non excusandis reliquiis superstitionis habet;  
*in Explicat. Decal. T. I. OO. p. 1288.* quod repetit, cum confessione, ritum  
tamen iurandi hunc, in quibusdam reformatis Ecclesiis, sic obtinere, *in*  
*Psal. XXIV. OO. T. II. p. 161. b.* Ast uero, tolerari tamen posse *Formu-* Quo sensu  
formula ad-  
mittatur?  
*lam*, conuenienti sensu, simul agnoscunt, qui alieniores alioqui ab ea ui-  
deri poterant, hoc scilicet: *Vera dico, quemadmodum uera credo, quae*  
*in Euangelio habentur*; Siue: *Ita me Deus iuuet, et SANCTVM* illius  
*EVANGELIUM*, salutis medium, omni credenti, DVNTE, l. c. et RIVE-  
TVS, *ll. cc.* tamen si simul hic praestare, dicat, a formula abstinere, quae ra-  
pta in abusum tamdiu fuerit, et operosa adeo explicatione indigeat, *ll. cc.*  
Quomodo explicatam hanc formulam toleret DORSCHAEVS, uid. *Ei.*  
*Th. Mor. Praec. II. §. 104. p. 27.* Nos minime fugit, esse saepius iura- Coniunctio  
Iuram. et  
Execratio-  
nis;  
menta cum obtestationibus, apud nos, coniuncta; *Potest iuramento iun-*  
*gi execratio*, ZIEGLERVS scribit, *ad Grov. L. II. c. 13. p. 362.* Imo, saepe  
*iuramenti datur quaedam appendix*, BINGHAM, *Origg. Eccles. L. XVI.*  
*c. 7. §. 6. p. 362.* ut *Euangelii* adeo auxiliis, si falso iurent, carere uelint. Idem dicen-  
dum de Iu-  
ram per Dei  
Verbum,  
Quod idem et illud uult, quando nostri iurant: *Ita me Deus adiuuet*, et  
*VERBVM* eius sanctum, per I. C. etc. cuius fructu adeo, siue uiuentes, siue  
morientes, carere uolunt; Absolutionis cum primis uerbi, quo animae pio-  
rum alias mire refocillantur, quo de supra iam tum quaedam diximus, *Pos-*  
*it. II. §. 6. p. 16.* De formula iurandi, suam per Christianam fidem, recentissi- De formu-  
la: Per su-  
am Christi-  
aniam Fide-  
dem;  
ad dubium  
Anonymi  
Hungari  
me, contra nos, inter Pontificios, quaesitum est, num ita uel ipsi, per id,  
quod Deus non sit, adeoque per creaturas, utique iuremus? Posonii, uiri  
ex Hungaria ad me perscriptum est, A. 1728. plagula, uel unica, prodiit,  
*Elucidatio Catholica* propositae, ab Anonymo Lutherano, ac perperam  
definitae quaestionis: An per solum Deum iurandum? Ibi obuertitur  
nostris: *In eorum Synodus, in Hungaria, SOLNAE, Ao 1610. in Martio*  
*SZEPES VARALLYAE, A 1614. in Ianuario habitis, ad quas Rosenberga-*  
*na quoque, A. 1707. mense Aprili celebrata, se releget, Lutheranam iura-*

menti formulam, *Actis ad calcem adiectam, hanc esse: ITA ME DEVS ADIVVET, PATER, FILIVS ET SPIRITVS S. et MEA CHRISTIANA FIDES, Amen.* Argumentatur exinde Auctor: a) *Fidem, et Aequalem, et habituales, esse creaturam.* Per hanc itaque, dum iuremus ipsi, idem ageremus cum Pontificiis, qui b) *per solum Deum iurarent, siue, uti in se fit; siue, uti in creaturis resplenderet.* Deum c) *uti in creaturis in honorari, sic quoque honorari in iisdem posse.* Non dubito, ex hisce allatis, ad B. *Mayeri* Logicam Pontificiorum *ἄλογον* miram fieri posse accessionem, *ἀσυλλογιστικῶς* enim admodum laborant, quae auctor dixerat, omnia; Quare ad ea mihi paucissima sunt annotanda. Quam illae Lutheranorum Synodi sordeant Pontificiis, multis non afferam; Quam, de *Soluenfi* imprimis, male Cardinalis *Franciscus Forgats de Chimes*, Archi-Episc. Strigoniensis sentiat, ex nostratum *Apologia*, in *Histor. Hungar. Diplom.* 1710. *Period. II. §. 34. 35. p. 29. seqq.* patet. De supra autem dicto Iuramento, per *Christianam Fidem*, ACTA SYNODORVM, *Soluenfis, Szepes-Varallyensis et Rosenbergensis, 1708. recusa, B. b. et C. 2. b.* plura dabunt. Nostrum est, de supra productis, contra nostros, argumentis, paulo adhuc dispicere, a) Formula 1) adducta, nostra, Lutheranorum, ubique non est, qui communiter iuramus: *Ita me Deus adiuvet et Verbum eius sanctum, per I. C.* 2) Formula in *Actis*, modo allegatis, statim ab initio dicit: *Ego iuro, coram Deo uiuo, Patre, Filio et Spiritu S.* nulla Creaturarum facta mentione; has ergo nec postea commemoravit in fine. 3) Terminus creationis, uera scilicet creatura, est substantia; talisne uero habebitur fides? Quod, si ita sit, fides, per Spiritum, *non ingenerabitur*, sed creabitur, ceu opus, non *tertii* amplius, sed *primi* Articuli. Fuerit sic iam tum, necesse est, in primo homine, adhuc integro, uere creato; per creaturam, consequenter quoque iustificabimur et saluabimur? 4) Ipse Dissentiens, fidem *pro qualitate* habet, in scripto, supra dicto: *Fides habitualis est QUALITAS supernaturalis quidem, sed CREATVRA pariter etc.* *Accidentia* sic fient creaturae, et *Flacius* denique ab aduersariis, suo in errore, de peccato, substantia, creata, resurrectura etc. defendetur; odor, color, sapor, *Accidentia*, in pane transubstantiato, Creaturae, adeoque Deus ibidem creatura erit. Si qualitates Creaturae sunt, quid de perfectissimis in Deo qualitatibus, dices? num eas etiam in Creaturas conuerteres? 5) Omnis fides, cuius species recenset Censor, si Creatura est; talis forte et Fides *Obiectiua* erit? absit Pantheismi tam labile fulcrum. 6) Nulla fidei *pars* creatura est; E. nec fides ipsa. 7.) Iuramento addi

quan-

responde-  
tur.

et quidem,

ad mem-  
brum dubii  
primum,

quandoque *obtestationem* et execrationem, antea, *Post. II § 7. p. 21 seq.* dictum est: Per *Fidem Christianam* igitur iurans, tam uerum se dicere, testatur, quam uera sua, qua plane nititur, quaque se iri saluatum, sperat, fides sit. 8.) Commune argumentum: Aut *Creator*, aut *Creatura* etc. hic minime ualet: Dantur enim *concreata*, locus, tempus, multa creaturarum accidentia et qualitates; *transportatum* quasi eminentur Verbum, ex mente diuina, per Scripturam, nobis reuelata: *Introducta* itidem, uti *peccatum* etc. ubi nullibi ualet illatio: haec, aut *Creator* erunt, aut *Creaturae*. h) Per *solum Deum*, Pontificios non iurare, 1) ex eo clarissime *ad secundum*, patet, quod nos, omniam confessione, illud facientes, ad alia seducere et additionem Sanctorum urgere solent. 2) *Transitum ad Deum, resplescentiam* etc. artes, scripturae ignotas, remouimus supra, *Post. II. §. 7. p. 19 seq.* c) Incomitis, barbarisque terminis 1) effertur, quod *αὐτὸς ὁ θεὸς* *ad tertium*, insuper uitio maxime laborat et plane nihil concludit. 2) *Creator*, in creaturis, suo priuandus honore minime; nec tamen ideo *in iis*, et *propter eas*, adorandus; aut creaturis *cultus tamen* aliquis tribuendus est: Verum enim et legitimum, Deum honorandi modum Lutherani, ex reuelatione, Pontificiis rectius, norunt.

VII. Alio adhuc tempore: de formula quaestio, inter Saxoniae ICtos quosdam, agitata fuit, qua iurabant, *bey dem Worte der ewigen Wahrheit*, num ea ad solennia et concepta iuramenta sufficiat? Quo de scilicet nonnulli subdubitabant, quae nos, ob affinitatem saltem cum antecedentibus, attingimus, cum thesi nostra principali licet uel ideo non cohaerentia, quia per *aeternae Veritatis Verbum* iurantes, per *creaturam* minime iurant. Recte tamen haud dubie et haec, quam dixi, formula poterat adhiberi, quia in Imperii recessibus, Protestantibus certa, quae semper et ubique sit retinenda, formula, non praescripta, sed, saltem per *sanctos* iurare, iniunctum non est, nec Ius itidem Canonicum formulam, exacte semper seruandam, determinauit, D. FLEISCHE-RI *Kirchen Recht, L. III. c. 15. §. 21. p. 1520*. Specialia de dicto iurandi modo, cum Praeiuudiis nouissimis, habentur in *Decision. Electoral.* apud PHILIPPI, *Dub. XXV Obs. II. p. 441. seqq.* Vid. Dn. LVDOVICI *Doctrin. Pandect. p. 225*. Nobis interea firmissime sententia sedet, per *Creaturam*, quaecumque demum illa sit, iurandum non esse, licet, declinante temporum infelicitate, in deterius et hic plurima laberentur. Sic *Saulis* aeuo iam tum, non amplius per *solum Deum*, sed per *salutem etiam Regis*, per *salutem* itidem *suam*, iurabant, leuitatem, extra circulum

*De formula etiam quaesitum est: Per uerbum aeternae ueritatis,*

*quae adhiberi potest*

*reiectis contra constanter Creaturis,*

*quocumque etiam declinauerint quondam,*

lum

lum Israeliticum, imitantes, uti *Vrias*, 2.Sam. XI, 11. *Per vitulos* postea, gentili modo, Am VIII, 14. 1.Reg. XII, 48. 29. Ier. XII, 16. ac deinceps, temporibus Christi, per *coelum*, *terram*, *Vrbem etc.* imo, per *animam*, *sanctam Crucem*, *Lumen*, *Sanctos*, iurabant. *Henricus*, Imperator, Pontifici se obligabat, coram *Deo* et *beato Petro*; *Otto*, Imperator, *Ioanni*, Pontifici, per *Patrem* et *Filium* et *Spiritum S.* et per *lignum uiuificae Crucis* et *reliquias Sanctorum*. *Quam*, per homines, *Augustum*, *Drusilam*, per *barbam*, *by Otten-Barde*, *be min rothen Barde*, *par foy d'homme de bien*, per *uentrem S. Grisi*, *Sanctorum Reliquias*, per *Io. Baptistam*, iurarint, *Programma Lipsiens. Magister. 1725. p. 5. 6. seqq.* uideri potest. Conf. IAC. EBERTI *Hist. Iuram. f. 44. a. 46. b. 49. a. b.* IO. NICOLAI, de *Iuram. Popul. c. V. §. 1. seqq. 6. p. 43.* Eruditiss. Dn. C. WEISIVS, de *Iure iur. per Deum in Dan et uiam Beersebae, An. 1728.* Horum proinde uestigia premunt hodiernum adhuc, per ea tam lubenter iuraturi, quae Deus non sunt, sed creaturis potius accensentur, uel ipsius *Iuris Canonici*, quae iis permultum ualeat, auctoritate, confundendi, quod alicubi pro ueriori sententia exserte pronuntiat: *Seruato-rem nusquam per Creatorem, sed per CREATVRAM iurare prohibuisse, ne per huiusmodi iuramentum transferretur in creaturam honorificentia Creatoris; NON esse per CREATVRAM iurandum: Si tamen iuret per creaturam, seruandum esse quidem, dummodo sit licitum, quod iuratur; Paulum (Ebr. VI, 13. 16.) patenter ostendere, per quem sit iurandum, cum ait, homines per MAIOREM suum iurant, i. e. PER DEVM, Cap. XXVI. X. de Iure iurando ap. PITHOEOS, Corp. Iur. Canon. T. II. p. 110.*

quos sequuntur quandoque alii, contra domesticam licet Principia.

### POSITIO QVARTA.

*Atque hinc, nec per Sanctos in genere iurare, fas est.*

Ἐκ θεοῦ.

Sunt, qui per Sanctos iurare iu-  
bent,

I. **E**ssē et hodie adhuc, qui per Angelos et Sanctos iurari, uelint, ab iis quoque, de quibus tamen, cum Sacrorum professione dissentiant, aliud ordinauit Superiorum uoluntas, nemo negare potest. Anxie hinc rogarunt saepe, multumque solliciti, num salua haec facere conscientia queant? Quibus uero, qui Deum pie suspiciunt, non, nisi negando et dissuadendo, responderunt. Ipse animaduertit uarie

in

in iuramentum, quod edere iubebatur apud Pontigonem, HINCMA-  
 RVS REMENSIS: *Si me Deus adiuvet ET ISTA SANCTA PATROCI-  
 NIA*, OO. Hincmari T. Poster. p. 834. seqq. Per Christum, at uero etiam  
 per Gloriosam Dei Genetricem et semper Virginem Mariam ac per sanctos  
 Archangelos, Gabrielem et Michaellem iurare, Iustinianus, quod uidimus, Iustinianus  
 iussit. Quam nostris alia, uel Imperatoria auctoritate, permessa fuerit *ipse*,  
 iurandi formula, quam per Sanctos, supra *Posit. III. §. 3. p. 26.* omnino ui-  
 didimus: Et ueterem tamen, *Iurati illius Sodalis, in Virginem obligata Pie-  
 tas*, de cuius Schediasmate uidebimus hic forte in fine, denuo requirit. *Sodalis ille  
 iuratus,*  
*CORAM DEO ET BEATO PETRO* (quasi hic rebus ubique humanis ad-  
 huc interesset, contra *Es. LXIII. 16. 2. Reg. II. 9. XXII. 20. Iob. XIV. 21.  
 Ecclef. IX. 5.*) Pontifici iurat Henricus Imperator; Per Reliquias SAN-  
 CTORVM, Otto, iidem Imperator, Pontifici, Ioanni, EBERTI *Hist. In-* Imperato-  
*ram. p. 49. a. b.* Nos, cum Dn. PFAFFIO, hic merito existimamus, *quod il* merito indi-  
 gne nous est permis, de rendre aucun CVLTE RELIGIEUX (quem, in ante-  
 cedentibus, Sanctis solide negauerat) *a la Creature, de quelque maniere,* *Pfaffio;*  
*qu'on le caractèrise,* Demonstr. Solid. p. 125. Et rationes nobis abunde  
 supersunt et causae, cur religiose, per *Iuramenta*, colere Sanctos noli-  
 mus. Omne iuramentum, per Deum fiat, necesse est; loco huius si as-  
 sumseris Sanctos, eheu! quam profanabitur ita diuinum nomen? quae-  
 que hinc metuendae merito erunt poenae? Creaturae sic cultus tribuitur  
 diuinus, annexo diuinarum hic maledictionum cumulo; in lusum et ine-  
 ptias diuinus abibit cultus; idololatriam, quod diximus, committes;  
 Schisma, inter fratres, et defectio a fide Euangelica fieret; reduceretur  
 Papismus; hominibus tum plus obediremus, quam Deo; Christus, per  
 Creaturas iurare, mire, quod uidimus supra, improbauit. Inuocatio-  
 nem itaque Sanctorum ita asseres? Speciem enim inuocationis, per iura-  
 mentum, concessisti. Pro testibus aduocas dissitissimos et rerum ignaros;  
 pro Vindicibus impotentes, rerumque tuarum incuriosos. In noua sic  
 prorsus Gentilium consortia uenis atque a moribus piaae, et quae pio zelo  
 ardebat, Antiquitatis, longissime recedis. Polycarpo, per uiuicombu-  
 rium, sublato, quod supererat corporis, instigantibus sic Iudaeis, dare  
 Christianis detrectabant Gentiles, ne forte, *relicto Crucifixo*, hunc deinceps  
 colerent Christiani. Ast stolidè ita putabant; Illi namque ignorabant,  
 se Christum unquam posse relinquere--- nec ALIUM QVEMQVE  
 colere. Hunc filium Dei se ADORARE: Martyres uero, tanquam disci-  
 pulos et imitatores Domini, merito AMORE prosequi, EVSEBIVS, L. IV.  
 H. E. c. 25. p. 134. seq. E II.

Quidam  
Sanctorum  
ne exitere  
quidem,

uel dubiae  
sunt Sancti-  
tatis,  
cum incon-  
uenientibus  
aliis;

Ipsa quo-  
undam hic  
Pontificio-  
rum loqua-  
tur praxis,

et inconue-  
niens non  
minimè;

Patres in  
limbo;

II. Falli, iuraturi per Sanctos, mirifice possunt, eorum enim quidam ne exitere quidem; Quid ergo in Iuramentis praestire possent? *S. Viar, S. Georgius, S. Veranus, S. Longinus, S. Crampatus, S. Placidus, de S. Mauro*, ne dicam, *tres Sancti*, Magorum Reges, *S. Christophorus, S. Lazarus, S. Martialis, S. Vndecimilla, S. Tiphania, S. Panifreda*, cetera; quum iuratur, domi non erunt, ne Sanctos Chimaericos, atque Vtopicos commemorem plures. Quid, si fabulosa sint in utris Sanctorum plurima, ex quibus tamen sanctitatem illorum metiri solent? si quidam, uti *S. Catharina*, apud Parisienses, uel die festo honorata, ob fabulosa, uel ipsius Archi-Episcopi, *Fr. Harlaei* iussu, ex Breuiario Parisiensi fuisse eiecta? Quid, si pro incorrupto habitus et cultus ideo haecenus Sanctus, nunc ligneus inueniretur? Quid, si in purgatorio adhuc forte sudaret et iurantis potius ope ipse indigeret? Quid, si forte a Papa ex numero et societate Sanctorum, quod *Hermanno de Ferraria*, per XX. annos haecenus culto, a Bonifacio VIII. euenisse, fertur, fuerit iterum expunctus, uel, si talia metuat adhuc, et iurantibus ideo modica ferre admodum auxilia posset? Vid. *AEG. MENAGII Hist. Mulier. Philos. Segm. XXXIV. seq. VALESIAN. p. 49. seq. ANTI KRAVSIVS noster, p. 66. 300. 406. seq. 410. seq. 438. seq. 491. WALLINI Genouefa, p. 189.* Quae, pudore proprio confusi, in utris Sanctorum, fabulosis, inde eiciendis, cum *Melch. Cano, Guid. Patino, Launoio, Papebrochio, Mabillonio*, siue Eusebio Romano, Abbate *Bacchini* et *Mozzi, Harlaeo, Noallio, Tourneuxio, Fontaine, du Fossé, Baillet*o inprimis, Pontificii egerint uel ipsi, eruditos hoc minime fugit *Cami* itaque, Episcopi Bellicensis, praeualeat hic sententia: *le donne-rais cent des nos saints nouveaux pour un ancien*, VALESIAN. p. 50. Accedit, quod multi, pro Sanctis declarati et habiti, uere Sancti non fuerint. *Thomae Aquinatis* ingenua nota est confessio, *multorum corpora honorari in terris, quorum animae torqueantur in gehenna.* Et, ratione Sanctorum, inter Pontificios, realissima omnino *Lutheri* est distinctio, inter Sanctos, hinc in sepulchris; hinc uero in coelis, *Artic. Smalcald. Artic. II. p. 31.* Antiqua, quae sunt, Pontificiis inprimis haberi in pretio solent, qui semetipsum, suis cum Sacris, more Gibeonitico, pro remotissimis antiquissimisque uenditant; credent igitur haud dubie, modum iurandi per Sanctos, in Veteri quoque Testamento fuisse usitatum. Ast uero: quis ibi iurare potuisset per Patres, in atrio adituque inferni, contiguo quodam Purgatorio conclauis, adhuc sudantes, ac sua ibi in captiuitate de-  
tentos, ab hominibus potius ipsis auxilia praestolantes? Nouum itaque,  
imo,

imo, in V. T. minime usitatum, in N. T. uero a Christo prohibitum est, per *Sanctos* iurare uelle, et, quod insuper accedit, per tales, uti supra asserui, de quorum sanctitate ambigua adhuc quandoque quaestio fuit. *Latronem*, qui fuerat et *raptor*, pro *Sancto* coluerant diu; precibus uero *Martini* deregebatur Episcopi, quod, ex *Baptista Fulgoso* et *Egnatio*, B. me-  
Sancti non-  
sancti;

morat GERHARDVS, *Conf. Cath. L. II. P. 2. Art. 10. c. 3. p. 1034. b.* Augustiniani, apud Tholosanos, pro *Sancta* habent *Iulianam Euodiam*, uti inscriptionis,

D. M.

IULIA. EVODIA. FILIA. FECIT.  
 CASTAE. MATRI. ET. BENE. MERENTI.  
 QVAE. VIXIT. ANNIS. LXX.

et Gentilis ea tamen fuit, quae *Dius Manibus* monumentum hoc consecrauit, et laudem saltem maternam, sibi minime tributam, recenset, LANGVET DVFRESNOY *Method. pour etudier l'histoire*, Ed. Menken p. 344. Omnes itaque pontificii *Sancti*, uti uidimus, sancti non sunt, quod uel ipse, in eorum Canonisatione, testatur Pontifex. Primum enim Canonisationem decernit et actum illum instruit; postea uero demum orat, ne Ecclesiam errare (egregio suae infallibilitatis argumento) Deus sinat, uid. SCHELGVIGII *Prüfung des Pabstth. additam. Cap. XI. p. 595. seqq. 598. 602.* Hinc et ipsi inter se disputant Pontificii: Num *Papa*, in canonisandis *Sanctis*, errare queat? negante id *Bellarmino*; asserente contra *Melch. Cano.* Praxis pontificia id optime poterat docere, ubi idem canonisatus, et ab uno Pontifice *Sanctus* proclamatus, ab altero solio suo iterum mouetur et deiicitur, quod *Ioanni Semecae*, Praeposito Halberstadiensi, sub *Clemente IV.* creato, at postea, sub *Urbano IV.* deturbato, idemque *Hermanno de Ferraria*, a *Bonifacio VIII.* ex hoc *Sanctorum* coelo excluso, contigit, AEG. STRAVCHII *Tb. Mor. p. 141. seq.* VOETIUS, de *Sanctis Chimaericis*, de *Sanctis ex-sanctis*, *Disp. Sel. P. III. p. 517. seq.* plura, huc referenda exempla, ex *Bzouio*, *Voëtio*, *Reisero*, SCHERZERVUS affert, in *Anti-Bellarmino. disp. VIII. p. 447. seq.* Mira quoque *Sanctorum* aliorum ibi sanctitas est, uel in ipsorum, quandoque Pontificiorum oculis. De *Simone Salo* BAILLET: *Sa uie. pourroit estre un suiet de scandale aux foibles et donner matiere de risee*, in *Vit. Sali.* Et *PETR. IVRIEVS*: *Pour nous de peindre des Saints, on nous fait des foux et des furieux*, l'accompliss. des  
incongrua  
Canonisati-  
onis;

Prophet. p. 144. seq. *Sanctum* uenerari adhuc, qui fractis, per iniectos lapides, delectetur fenestris, alienum a sanctitate uideri poterat; At, mi-  
Sancti, suis  
thronis ite-  
rum deiecti,

raculosus tamen, apud plurimos, in Gallia, *Parisius*, sanctissimus ille Abbas, hoc fecit, d. XX. et XXI. Mart. 1737. ne fenestris quidem *S. Medardi*, apud Parisienses, parcens.

*Sancti im-  
potentes,  
non omni-  
scii, non  
omniprae-  
sentes etc.  
sunt,*

III. Tales itaque quandoque *Sancti* sunt, per quos adeo, saepe non sanctos, iurabis haud dubie mini me, idque hoc magis, quod impotentiores omnino sint, quam, qui in periuros, quorum nec corda inspiciunt, nec causam eorum norunt, nec in foro iurantium ubique praesentes sunt, seueritatis suae et iustitiae exemplum statuere queant. Candela quondam, ABR. SCVLTETO teste, manibus iurantium inferebatur, cum acclamatione, sic horum iri extinctum animas, si peierauerint; Ridebunt iurantium multi, qui hoc a Sanctis minime expectant, *Confoederations-Pred. A. 1620. p. 12.*

*ipse potius  
Dominus,  
qui audit,  
praesens est.*

*Sancti, nec accedunt ad nos in iudicium* (abiire scilicet ex uitae huius commercii) *nec testes* (de ignotis) *festinantes* (omnium minime, in rebus, ad se non pertinentibus, nequeunt enim transcendere inde. Luc. XVI. 26.) *contra iurantes falso* (quod scilicet Dei solius est, Mal. III. 5.) esse queunt. Infirmioris, eiusque absentis et rerum insuper ignari, implorare auxilium, cum fortior praesens sit et potentior, nec pietati hominis conuenit, nec iudicio; *Stultum est*, AMAND. POLANVS alicubi scribit, *iurare per eum, qui non audiat, quae dicuntur*, Syntagm. Theol. Christ. P. I. L. IX. c. 23. col. 804. Num Sancto forsitan alicui Deus dicet: *Adresse moy ta priere puis que tu es inuoué d'un tel homme sur la terre, de telles et telles choses*, uti Dn. PFAFFIVS rei inconuenientiam nauseat, *Demonstr. Solid. p. 147.*

*Sancti nec  
se, nec sua  
defendere  
queunt.*

Si quas, in uindicando, uires *Sancti*, hoc nomine requisiti, adhibere possent, illud tum omnium maxime facturi essent, cum templa eorum et imagines miraculosae ardent, uel si malorum, illusionibus, saepe quoque illata turpitudine, exponuntur: Ast, omnia ferunt, ferilibus flammis non obstant, spolia patiuntur, furum insidias et noxas ferunt, si uel ipsae corporum reliquiae, flammis inualescentibus, absumerentur, quo argumento alicubi non intempestiue Dn. WALLINVS utitur, *de S. Genouefa, p. 161.* Parum hinc sibi metuent a Sanctis periuri, si uel centies horum uindicta requireretur.

*Per. homi-  
nibus maio-  
rem, iura-  
mus,*

IV. *Maior* hominibus, sit, per quem iuramus, Ebr. VI. 16. quo de supra, *Posit II. §. 3. p. 14* pluribus. Sancti adhuc sunt homines, ad gloriam licet eminentissimam euecti. T $\xi$  *μείζωνος* mentionem facit Apostolus, et adhibito quidem articulo, antonomastice talis, *qui non iurante tantum maior, sed maior omnibus, immo, qui SOLVS MAGNVS*, sic loquente SPANHEMIO, *Dub. Euang. P. III. Dub. CXXIV. p. 644.* Si per

*Sanctos*



*Sanctos* quispiam, per *Petrum*, per *Paulum*, cetera, iurare uellet, argumento, cum quibusdam, hoc haud dubie usus esset: Esse hos *Sanctos* tamen *Dei templum*, suoque uelut in *throno*, hic resurgere eundem: At, eadem a Seruatore ponitur ratio, cur per *Coelum*, creaturam maxime admirandam, iurandum non sit, *quia scilicet Dei thronus est*, *Matth. V. 34.* Ne itaque miremur, si de idololatria, sic saepius commissa, nonnulli loquuntur. AMANDVS POLANVS, de Iuramento per *Sanctos* et Creaturas sollicitus alicubi dispiciens, ab his sibi temperare nequit: *Iuramentum idololatricum est, cum iuratur per SANCTOS et alias creaturas, uti fit a Papistis; Et paulo post: Iuramentum per SANCTOS DEMORTUOS est idololatricum, ut ipsummet Ius Canonicum fatetur, Causa 22. q. 1. can. et iurabant: ubi dicitur: quod per mortuos iuret omnis idololatra, Synagm. Theol. Christian. T. I. L. IX. c. 23. col. 803. seq.* Nostra iuramenta, Religionis speciatim, *C. Thomasio* et *I. S. Strykio* pro reliquiis *Papatus* habentur: Quanto uero magis, et merito quidem, nos inculpare possent, si per *Sanctos* prorsus iurare uellemus? *B. WEIDNERI Gewissens-Rüge ad Thomas. p. 19.* Maiores hominibus, *Angeli*, cultum, qui Deo tantum competit, deprecantur, *Ap: XIX. 10. XXII. 8. 9.* imo, *Sancti* omnino et ipsi, a quibus tamen, qui iis supplicabant, adhuc uiuentibus quippe, plura, quam a mortuis, potuissent obrinere; *Aët. X. 25. XIV. 11. 15.* Et finis tamen nondum est, *BB. coelites*, maxime licet nolentes, indebito hoc cultu, iurantium quoque, fatigandi, quasi, quae *Exod. XX. 3. seqq. Matth. IV. 10. etc.* scripta sunt, et *Anti-Christi* simul characterem, prorsus ignorent. Bene hic *AVGVSTINVS: Deus SOLVS ei colendus est, qui SOLVS eius est auctor, HOMO autem QUILIBET alius, quanquam sapientissimus et perfectissimus, uel prorsus QVAELIBET ANIMA, rationis compos atque BEATISSIMA, amanda tantummodo et imitanda est, L. de quantitate animae, OO. T. I. col. 16.* Et magis adhuc apposite, iuratos per *Sanctos*, idem doceat *AVGVSTINVS: Homines SANCTOS attendite, qui sunt SIMILES ANGELIS. Cum inueneris hominem aliquem sanctum, seruum Dei, si uolueris illum COLERE et ADORARE pro Deo, prohibet te: Non uult sibi arrogari honorem Dei, non uult tibi esse PRO Deo, sed tecum esse SVB Deo. Et allegatis porro Pauli et Barnabae, Aët. XIV. exemplis: An forte ideo sibi immolari noluerunt, quia daemonibus se comparari, execrati sunt? Non, sed quia honorem DIVINVM exhiberi HOMINIBVS HORRVERVNT, in Psalm. XLVI. OO. T. VIII. col. 1087.* Haec castranda igitur et expungenda, in bono Patre, prius fuissent, quam

*licet resurgat in Sanctis Deus.*

*Idololatriam hic alii accusant.*

*Angeli et Sancti uiuentes, deprecantur hunc cultum.*

*Augustino,*

et nostris  
Symbolis  
adstipulan-  
tibus.

Inconueni-  
entia hic  
admittun-  
tur :  
Sanctis  
haec prius  
reuelari a  
Deo ;

Deos hos  
esse, per  
participa-  
tionem ;

coli San-  
ctos, relati-  
ue ad De-  
um ;  
Religionem  
Sanctis ex-  
hiberi, non  
honorem ;  
Iurari per  
Sanctos se-  
cundario  
saltem ;  
elucere De-  
um in San-  
ctis.

cultum, per iuramentum, diuinum deferre ad *Sanctos* suscepissent. Recte et nostra *Symbola* piae applaudunt Antiquitati, secundum quae, ultra *memoriam* et *imitationem*, in ueneratione *Sanctorum*, nec progredi, nec, quod in iuramento *per Sanctos* simul fieri solet, auxilia ab iis petere debe-  
mus ; Satis perspicua scilicet assertio est : *Scriptura non docet, inuocare Sanctos, seu PETERE AUXILIUM a Sanctis*, Conf. Aug. Art. XXI. p. 19.

V. Accedit insuper et hoc, quod maxime *inconueniens* sit, ut mollis-  
sime dicam, aduocatis simul *Sanctis*, iuramenti sibi uincula aptare. *Sancti* quod constat, nec omnipraesentes sunt, nec omniscii. Dicunt: Deum ipsis haec reuelare. Iurans itaque per *Sanctos*, ex interpretatione dis-  
sentientium leuissima, sic supplicabit Deo: Reuela, quaeso, Deus, *S. Petro, S. Luciae*, κ. τ. λ. me uelle, hic et ibi, iurare per eos, ut apud Te obri-  
neant, quo, si ueritatem non dixerero, abs Te acerbe puniar; contra uero, si ueritatem dixerero, hic Tibi cultus gratissimus sit, omnique benedictionis  
genere afficiar. Idem hoc est B. SCHERZERO, ac si Principi diceret mendicus: *Clementissime Domine, rogo Te, ut cubiculario tuo hunc libel-  
lum supplicem tradas, iubeasque Tibi illum reddere, et pro me, ut Tu me exaudias, apud Te ipsum intercedere*, Anti-Bellarmin. *Dispp. VIII. p. 646.*  
Si *Sanctos*, cum BELLARMINO, *L. III. de Cult. SS. c. IX. §. ult.* Deos, per participationem uocare, aut enormia alia, de quibus in Tractatu, de *Pallio Mariae Tutelari* pluribus dictum est, B. Virgini si tribuere, imo, Deum, cum *Bernhardino*, ipsum *Virgini famulantem*, si asserere uelles, in  
conditum hoc adhuc magis et inconueniens institutum foret Vid. SCHERZERVS, *l. c. p. 451. seq.* "Αλογα, cum aliis ne dicam, in conue-  
nientia certe per quam, anxie quaesita quorundam hic sese eripiendi me-  
dia sunt. *Relatiue* ad Deum, cum *Maldonato* inprimis dicas, ualere *San-  
ctorum* cultum per iuramenta; supra iam tum, *Post. II. §. 7. p. 20. seq.* re-  
spondimus, et non *Sancti* saltim, sed *omnes* etiam ad Deum referuntur  
*creaturae*; E. per omnes eas erit iurandum? Dicas cum *Bellarmino*,  
iuramentum esse quidem actum *Religionis*; sed solum tamen Deum hono-  
*rari*: Nemo non, *insigniori in gradu*, eum honorari, dicit, cui actus *religi-  
osi* prorsus, quos apud *Sanctos* admittunt, praestantur. Iurari per *San-  
ctos* saltim *secundario*, quorsum σοφὸν illud quasi *Φαεμακὸν Thomae* ren-  
dere debet, *principaliter* uero per Deum; in re, a Deo prohibita, et nul-  
lius plane usus, itidem non procedit. *Elucet* Deus in *Sanctis*, uerum est;  
sed in omnibus ille etiam *Creaturis* elucet,

Namque suum loquitur quaelibet herba Deum:

Per

per has itaque forte omnes, etiam iurabis? Vid. SPANHEM. l. c. p. 647. Quam se gentilibus affimilent, per Sanctos iurantes, passim uidimus iam tum, ut breuioribus nobis hic esse liceat. Angili et Nasamones per *Mannes Defunctorum*, pro Diis habitos, illorum sepulchra contingentes; per uiros, secundum *Herodotum*, qui *iustissimi* atque *optimi* fuerant, alii, ut de *Egyptiis* uel *Aethiopicis* potius, ne dicam, utique iurabant, secundum ALEX. ab ALEXANDRO, G. D. L. V. c. 10. p. 654. Per *Pythagoram*, testis licet, ei adhaerentes, uti supra dictum, idem faciebant, IAMBELICHI *Vit. Pythag.* p. 126. seq. 138. ὡς θεόν τινα τὸν Πυθαγόραν ἐπιθετογόμοιοι πύσιες, *Pythagoram, Dei instar, ueluti testem iurandi appellantes*, PORPHYRIUS, de *Vit. Pythag.* p. 29. Utinam hodie persecutorum quondam non imitarentur morem, per Sanctos iurare strenuo praecipientes, uti quondam iuramenta per Genium Imperatoris urgebant, non alia ex causa, quam, ne contra innocentes saeuendi occasio deesset, Compend. H. E. Gothae. 1723. L. II. c. 3. Sect. I. p. 237. Probat insuper ex hoc iurandi modo simul Papatum, per Ethnicismum impraegnatum, D. MAIERVS, Sect. l. c. 9. p. 16. itemque, quam incongrue per Sanctos iurent, IO. WOLFIUS, uid. *Lectio Memorab. T. II. p. 1055. b.* Semel quod *Alexander M.* fecisse, legitur, dum in *Iaddo*, Pontifice, sibi obuius, Deum adorauit: (ὃ θεόν προσεκύνησα, τὸν δὲ θεόν, ἔ τῆ ἀρχιερωσύνη ἀντὶς τετίμηται, non hunc adorauit, sed Deum, cuius ille summo Sacerdotio decoratus est, IOSEPHVS, L. XI. *Antiq. Iud. c. 8.* Ed. Hudsoni, OO. T. I. p. 503.) hoc semper faciunt illi, qui per Sanctos iurant, et Christianismum tamen laesisse, uideri minime uolunt. Pro grandi insolentia ac impietate habebat quondam in *Donatistis* OPTATVS, quod per *Donatum* et eius Successores, eo hoc permittente, iurarent, hos pro Deo habentes, scientes uero de Deo ac Christo, quasi ad eos migrasset de coelo religio; Prouocat itaque nos hosce Deos: nolite mori: imperate nubibus: pluite, si potestis - - O! *Sacrilegium, impietate commixtum!* L. II. p. 58. III. 169. Conf. I. BINGHAM *Origg. Eccl. L. XVI. c. 7. §. 7. p. 364. seqq.*

VI. Haec, cum ita sint, mirabitur nemo, dissidentes hic quoque nostros inter se per omnia minime conuenire. Multi ex Pontificis sunt, qui, iurandum per Creaturas non esse, asserunt; Qui itaque per Sanctos, quietiam creaturae sunt, hac concesserint? Ita scilicet et *Ius Canonicum* statuit: Per MORTVOS iurasse omnem IDOLOLATRAM, et Clericum, *Ius Canonicum* per CREATVRAS iurantem, obiurgandum esse, acerrime castigandum et excommunicandum - - per CREATVRAS iurare, malum esse, quia a Deo

Asst. Geni-  
libus sic se  
assimilant.

Ut habeant,  
quo inno-  
centibus  
graves sint.

Non tamen  
inter se con-  
sentiant  
ipsi;  
reclamat

PRO-

*PROHIBITVM* - ne, uel more *GENTILIVM*, aliquod Numen Deitatis *CREATURIS* inesse, credatur etc. quae B. GERHARDVS merito urget, Conf. Conf. Cath. L. II. P. 2. Art. X. c. 6. p. 1067. Praecipiat Nicolaus I Papa, ad consulta Bulgarorum, Cap. VII. per eas saltem *Creaturas* iurare fideles posse, quae *DIVINIS CVLTIBVS* sint deputatae; pro exemplis eiusmodi creaturarum Thomas afferat *Sanctos Angelos, Sacra Euangelia reliquias* etc. ineptiunt omnes et Principii petitionem (pro bent enim suam hanc *deputationem*) committunt, RIVETVS, in *Psal. XXIV. OO. T. II. p. 160.* Epiphanium et Hieronymum, qui τὸ iurare absolute uideantur prohibere, SIXTVS SENENSIS excusaturus, *prohibere eos saltem*, ait, ne quis ullo modo blasphemae et impie iuraret *PER CREATURAS*, quasi in iis existimans, aliquid diuinitatis latere et cultum, Creatori debitum, eis impendens, sed per Creatorem duntaxat, Biblioth. S. L. VI. p. 480. Abhorrere a *Sanctis* porro et ideo uidetur *IVS CANONICVM*, quod Iuramentum Episcopi, non per *Sanctos*, sed ibi ita conceptum est: *Sic me Deus adiuet et haec sancta Euangelia*, Cap. IV. X. de Iureiurand. in Pithoeorum Corp. Iur. Can. T. II. p. 107. Urgeant nos alii, ut secum indebito hoc more, *Sanctos*, per eos iurando, colamus; Instet in primis, cum aliis, ut supra uidimus, Maldonatus, et, dum abhorremus, *impium uocet et imperitum Lutheranorum et Calvinistarum errorem*, nullum, nisi Deo, religionis honorem tribuentium; SPANHEMII Dub. *Euang. l. c. p. 635.* S. SCHMIDII Fasc. *dispp. l. c. p. 669.* Culpent uehementer, secundum Raynaldum, in *Annot. ad Decret. Spirens. n. V.* quod *Iuramenti formula per SANCTOS non praecise imperetur, sed suspendatur, et sic HIS detrahatur VENERATIO, quae tamen INVIOLABILITER ab Ecclesia Catholica obseruata sit*; SECKENDORF. *Lutheran. L. III. §. XCV. p. 486 seq.* Nihil solidi pro Iuramento per *Sanctos* adducunt, nec, quod hoc fecerint, cuiquam facile persuadebunt. *Certum est, uel ipse EPISCOPIVS hic sententiam dicit, SANCTOS mortuos testes, uindictaeque inuocari non posse, eo ipso, quia mortui sunt et non IGNARI tantum rerum istarum, quae sub sole geruntur, sed etiam VIRIBVS omnibus, ad uindicandum periurium DESTITVTI*, Apolog. pro Confess. Remonstr. OO. T. II. P. 2. p. 180. CHRYSOSTOMVS in eo sibi constat, si quis per aliud, quam per Deum, iuret, tum *DEIFICARE* hunc illud, *IDOLOLATRAM* esse, nec Deo reddere sua iuramenta, in c. V. Matth. Homil. XII OO. T. II. p. 340. D. Aphorismus CHEMNITII neruofus nullo non tempore ualebit: *Qui iurat, uel per Elementa, uel per Reges, uel etiam per SANCTOS, peccat VT SACRILEGVS*, Harm. *Euang. T. I. c. LI p. 450. b.*

Sixtus etiam Senensis,

et iterum Ius Canonicum,

haec in errore alii perseuerent,

quod saniores utique improbant.

VII. Quae tandem obiciunt contra haec Pontificii, non insignioris adeo momenti, et potiozem quoque partem, passim iam tum nobis diluta sunt. *Iosephi* obtestatio, quam nihil hic valeat, supra, *Post.* II. §. 7. p. 21. uidimus; De *Cultu Relatiuo* perinde, ut de *absurdis* et *male pertinentibus* quidam, cum scilicet, in praesentia ipsius Principis gratiosissimi, commendatio Ministri peteretur, cum *Petauio*, loquantur, Vid. Dn. PFAFFII *Demonstr. Solid.* p. 130. 146. Putidum perinde est, sic concludere uelle: Sanctitatem suam *Sancti* a Deo habent, E. inuocari possunt et per eos iurandum est. Respondeat BALDVINVS: *Idem etiam de Hierosolyma dicere possem, quae ciuitas SANCTA in Scriptura appellatur, Matth. XXVII. 53. per quam tamen iurandum esse, Christus NEGAT, Matth. V. 35. Cal. Conc. L. II. c. 9. Cal. II. p. 246.* Limitent, modificent, ita, ut nihil dicant, quacunque ratione uelint, constringant illud, *per Sanctos*, iuramentum; cum WALTHERO nostro, merito reponimus, *id carere mandato, promissione, exemplo; insuper quoque praeepto Dei esse aduersum*, Harmon. Bibl. ad *Matth. V. p. 502.* Peculiari alicubi studio, IO. STALENVS, Canonicus et Pastor Resenensis, pro cultu, adeoque et iuramento *per Sanctos*, pugnat: sed maior tamen uiribus, et huius conatus est. Spicula eius potiora haec sunt. I. *Sancti* audiunt iurantes, non *immediate*, sed in *Deo reuelante*. R. 1) ἀγγελοι haec sunt, imo 2) ἀντιγγελια, solus enim Deus religiose colendus est. Quam sint insuper 3) ἀπροσδιόγιστα, a SCHERZERO et PFAFFIO iam supra dictum est, *Post.* hae IV. §. V. p. 38. et §. III. p. 36.

II. Qua uia Angelis in coelo nota sit *poenitentia*, Luc. XV. 7. 10. quae in corde est, Deo scilicet eam Angelis reuelante; eadem et *Sanctis* notum fit hominum iuramentum in terris. R. Dispar Angelorum et hominum ratio est. 1) Angeli in coelis, a statu, 2) comitantur nos et adsunt; non uero defuncti homines 3) obseruant poenitentiam *erumpentem*, non corda scrutantur, ad Angelos eam quoque, imo ipsum ad Deum, *Conserui* hi referunt, quorum nihil *Sancti* absentes praestare queunt, ad λειτουργίαν καὶ διακονίαν quippe minime ordinati, Ebr. I. 14. III. Ex *Cypriani* et *Augustini* sententia, *ibi copiosa turba de nostra incolumitate est sollicita*. R. 1) Haec uox unius, alteriusque forte Paris, non uero Spiritus S. est. 2) In quibusdam, Patres Papatui quasi praeluserunt. 3) De sollicitudine pro Ecclesia, in genere, non pro iurantium in specie, loquuntur; A genere itaque ad speciem N. V. C. Bene hinc 4) *Hulfus* hic arguit: Pater, *sollicitus* licet de

Quae obiciunt errantes, parum habent in recessu: Iosephi uig. obtestatio, Cultus relatiuus, Sanctitas Dei in Sanctis etc.

Staleni argumenta in specie:

primum,

secundum,

tertium,

filio foras peregrinante, non statim ideo eius scit apud exteros; *Staleni* responsio: a patre hic *imperfecto*, non concludendum esse ad *Sanctum*, ibi *perfectum*, parum ualebit; probetur enim, tam ibi perfectos esse Sanctos, ut Dii omniscii euaserint, haecque terrena nostra posse iudicare digna, quorum curam, uoluptatum pelago suffusi, specialiter agant. IV. Cohel. IX. 5. 1) forte impios sic loqui. 2) Absolute si dicas, mortuos nihil nouisse, hoc falsum fore. 3) De intelligentia *nostrarum rerum*, ut *Hulsus* limitaret, nihil haberi in textu. 4) Secundum *Hieronymum*, mortuos saltem ibi nil agere, ad *morum emendationem*. R. ad 1) Suspicio non explicat; Comma 2. 3. 4. loquitur potius *in genere* de omnibus, imo, comma 5. de *mortuis*, sine ullo facto discrimine, uel flexa ad solos *impios* oratione. Ad 2) negamus, absolute hic Salomonem loqui; loquitur enim de homine, qui aliquid *amplius non mereatur*, u. 5. qui *partem non habeat* ulterius *in mundo*, u. 6. Ad 3) uti nunc dixi, *Hulsus* recte sentit, secundum u. 5. et 6. Ad 4) est meditatio Patris; ostendatur ex textu.

quartum, V. Iob. XIV. 21. Iobum loqui de notitia *naturali*, quae ad distantia non pertingat; non de lumine *supernaturali* gloriae, quam distinctionem haberet *S. Gregorius*. R. 1) distinguitur sic, sine ostenso ex *textu* fundamento. 2) Falsum est, notitiam naturalem non pertingere etiam ad distantia; Calendariographi remota adhuc praenunciant, Geometrae uero distantem etiam turrim et alia dimetiuntur. 3) Notitia illa gloriae, ratione omnium uiuentium, iurantium inprimis Statuum, scripturae repugnat. 4) De notitia coelorum ibi *naturali*, Scriptura fere non loquitur amplius, *supernaturalis* enim illa et *gloriosa*, ceu lumen maius, obfuscet minus. *Supernaturalis* tamen illa, qua res scirent hic gestas humanas, et ἀγαθος est, et ἀντίγαθος.

quintum, VI. Locum Es. LXIII. 16. de *nescientia Abrahami* etc. non obtare nunc; tunc enim 1) eum, uti docerent *Catholici*, quod scire deberemus, ad gloriae lumen nondum fuisse admissum. 2) *Caluinum* ipsum dicere, hoc dictum non probare, quod *Hulsus* dissimularet. 3) Nescientiam saltem innui *affectuosam* et *praegnantem*, uti Matth. VII. 23. XXV. 12. instar nescientium, *improbo uos*. R. Delirat *Stalenus*, de *aëreis Spermologorum ictibus* gariens, facile namque reponimus ad 1) Falsum, per aequè falsum, probatur, limbum scilicet piorum Patrum fabulosum, cuius in *Utopia*, purgatorio contigua sedes et locus est; hoc *nosse* (satis pro imperio) *debemus*, quod pueri uero

sextum, etiam

etiam nostri credere recusant. 2) *Caluini et Hulsii causam*, horum doctrinae defensores, Lutheranis etiam silentibus, agent. *Caluinum* insuper si ipsum inspicias, *Comment. in Iesaiam, 1573. ad l. c. p. 505. seq.* uidebis, *de re ipsa* eum tunc agere noluisse; *Hieronimi* simul allegatam opinionem, *de degeneribus Israelitis*, quidem allegare, sed et simul *nimis coactam* agnoscere; addit potius: *Si non ad Abrahamum, multo minus ad Petrum, Paulum, alios, nos confugere debere* - - *oculos nostros ad omnia hominum, et uiuentium et mortuorum, patrocinia claudamus. l. c.* 3) Ad praegnantem nescientiam, missa simplici, confugiendum non est, donec necessitas a littera abire iubeat, quae hic uero minime urget, cum, sua quasi felicitate ebrii Coelites, speciali terrestrium angantur minime. Noto saltem, papizantis *Grotii* eandem hic deprehendi exegesis, *nescire* scilicet, hic idem esse, quod *in malis constitutos, subleuare non posse*, CALOVH *Bibl. illustr. ad h. l.* quo tamen semetipsos Pontificii confutant, utpote qui et *subleuationem in malis* suis, quos inuocant, *Sanctis* omnino tribuunt. Hoc unice addam; Fuerit, ut sponte, nec aliter uolens, nostram citra culpam, admonitus potius, ut rectius agat, *per Sanctos* aliquis iurauerit, et de facti sui iustitia persuasissimus esse uelit; tum *obligari* eum, ex hoc suo iuramento, dubitari nequit: quod exis, quae supra de ualore Iurisiurandi Iudaeorum, Gentilium ac iurantium per Creaturas, *Posit. II. §. 6. p. 17 seqq.* itemque *Posit. III. §. V. p. 17. 18.* diximus iam tum, dispalescunt, CONF. PVFFENDORF. *I. N. et G. L. IV. 2. §. 4. p. 338. seq.*

*obligari etiam, seruo per Sanctos iurans, potest.*

### POSITIO QUINTA.

*Nec per Mariam, sanctam Dei Genetricem, imo, nec per Angelos quoque iurare decet.*

Ἐκ θεοῦ.

I. **B**reuibus hic nobis esse, licebit, propterea, quod allata iam tum de Creaturis, Sanctisque momenta, de R. idem *Maria* et Angelis simul ualere queunt. Esse, qui indebitum hunc *Mariae* cultum

*Sunt, qui Mariae hunc cultum tribuunt,*

*Justinianus,  
Imperator,*

impudenter adscribunt, dubitabit nemo. Sic, secundum *Imperato-rem*, quod praestatur ab his, qui Magistratum suscipiunt, iuramentum, tale est: *Iuro per Deum omnipotentem et Filium eius unigenitum, Iesum Christum, Deum nostrum et Spiritum S. et per SANCTAM GLORIOSAMQUE Dei GENETRICEM et semper Virginem MARIAM* (ὁμολογί ἐγὼ - - τὴν ἀγίαν ἑνδοξον θεοτόκον καὶ δεσπογένητον Μαρίαν, quam iurandi formulam, *impiam merito OSIANDER* uocat, ad *Grot. p. 987.*) *NOVELLA VIII. cap. 1. ex Edict. Conf. I. F. HOMBERGK zu VACH nouell. Constitut. Iustinian. p. 153. seq.* Adeo digrediantur ab honore *bonae recordationis*, quem *B. praestamos Mariae*, ad honorem *religiosae adorationis*; ut cum *ALANO de RYPE* sentiant, *Mariam*, ratione esse *naturalis*, *superare omnes homines*; ratione *gratiae*, omnes *Sanctos*; ratione *gloriae*, omnes *Angelos*; ratione *diuinitatis*, dici eam *Trinitatis complementum*, *AEG. STRAV (HII Theol. Moral. p. 142. et merito hic iudicet I. BINGHAM, formulam a puritate et simplicitate recedere priorum Saeculorum, ubi iuramentorum interpositio in SOLIVS Dei nomine facta sit, Origg. Eccles. L. VI. c. 7. §. 7. p. 366. seq. Plane hinc etiam nos cum EPIPHANIO sentimus: Reuera sanctum erat corpus MARIAE, non tamen DEVS; Reuera Virgo erat, et HONORATA, sed non DATA nobis ad ADORATIONEM, Vid. IO. RAINOLDVS, de Rom. Eccles. Idololatr. L. I. c. 1. p. 39. plura, uelutique ex instituto, dedimus, in tractatu nostro, de Pallio Mariae tutelari, p. 7. seqq. 37. seqq. Conf. SCHERZERI Progr. et Orat. Progr. XXVII p. 351. seqq. Et, in Anti-Bellarmin Disp. VIII. p. 451. seq. D. PFAFFII demonstr. solid. c. V. §. 8. 9. p. 13. seqq. In his itaque excessibus mirum non est, per *Mariam* fidem aliis adstrinxisse plurimos. Inter Anglos, per *Dei sacram VIRGINEM*, iurasse fertur *EDVARDVS IV. BACKERI Chronicle of England, p. 206. atque, se aliter non posse, iis temporibus, putabant omnes, quibus, praeter per Mariam, elabendi subsidium alibi superesse nullum persuasissimum erat. Allucente Sacrorum emendatione, cum VVOLF GANG. CYCLOPIO, Rege re primus, circa 1507. Cygneo, post medico Magdeburgensi, ita communiter sentiebant:*  
*VNICA nostra SALVS, Annae bellissima proles etc.*  
uti in *MS. de Reformat. Cygnea, prelo parato, cap. I. V. C. IO. IER. CRVDELIVS erudite notauit.**

*ad stipulan-  
sibus iniuste  
aliis,*

*Eduardo  
IV.*

*Wolfg. Cy-  
slopio,*



II. Adeo in *Mariam Θεοτόκον*, tum erant deuoluta omnia, ut *absolutionem* quoque huius niti meritis, sibi persuaderent. *Lutherus*, ne, quod alibi feci, ex *Vrbano Regio*, de formula *Lunenburgensium Monasticarum* referam, alicubi de eiusmodi *absolutione*, quam *infinitam* et *ineffabilem abominationem* uocat, testatur: *meritum Domini nostri I. C. et B. MARIAE, semper Virginis - - - cedant tibi in REMISSIONEM PECCATORVM tuorum, in augmentum meriti, et gratiae et in praemium VITAE AETERNAE, PORTAE* quare et par eam iurabant,

*Pastoral. Luth. non Beichten, p. 473. seq.* Quis itaque miretur, et iuratos, sub *Mariae* imprimis patrocinio et sperato auxilio, fecisse illud et facere adhuc? Ad hanc certe formulam: *Ego N. iuro per Deum uiuum et eius SANCTAM GENETRICEM, Virginem MARIAM et per omnes Sanctos et Electos Dei etc. sedis Regiae Notarii, Advocati et Procuratores, Testes ac Iudices, iurare tenentur, uti in Corp. Iur. Hungar. p. 429. 430. seq.* pluribus uidere licet; quod de omnibus Iudicibus et Iustitiariis, tam Ecclesiasticis, quam secularibus, Palatinis iudicibus, Curiae Regiae Magistris, Thauernicorum, Regiis Cancellariis, Vice Cancellariis, Vicegerentibus etc. ex Artic. I. SIGISMVNDI Regis Decret. VI. confirmato, per MATTHIAE Regis Decreti Vlti Artic. 73. et 33<sup>um</sup> VLADISLAI Regis, Decret. I. in specie confirmatur. Allucebat nostratibus clementia hic Caesareo-Regia inusitata, ne scilicet uigore, datorum ideo mandatorum, Augustanae et Heluetiae Confessionibus addicti, ad cerimonias, Religioni suae contrarias, adigerentur; quare et ab isthac iurandi formula immunes erant, usque ad A. XXIIIX<sup>um</sup> huius seculi. Post uero niti in contrarium, contra clementissime haecenus indulta, Clerus R. Catholicus coepit, ut, non Magistratum saltem adituri, sed et noui sponsi, nisi negari iis debeat copulatio, a Plebano, ad iuramentum per *Mariam* et *Sanctos*, prius compellerentur. Scripsit pro *Iuramento Decretali* quaedam, ex aduersariis, Iesuitarum unus (*Maleuicisum* quidam subesse putant) in Regni Comitibus, A. 1728. in MSto saltem proposita, quae, una cum *Confutatione*, in appendice, posthaec forsan daturifumus: Sed enim, omni, quo nitantur, fundamento mire destituuntur. *Sancta Dei Genetrix*, nec omnipotentiam, nec omnipraesentiam, nec omniscientiam sibi arrogat; quid itaque sperarent ab ea, uel, quid meruerent iurantes? Dixerint nonnulli: Si de uiuentium omni fundamento destitui, *intercessione*, essemus solliciti, quidni potius de Sanctorum demor-

quod uel ipsi  
dissentientes  
assequun-  
tur.

tuorum? Respondeat pro nobis PFAFFIVS: *Quelle illusion! les fideles, dont nous demandons les prieres, nous sont presens et sauvent, ce que nous leur demandons, mais les morts et ceux, qui sont dans la gloire, etant absens, ne le sauvent pas*, El. LXIII. 19. 2. Reg. II. 9. XXII. 20. Iob. XIV. 21. Eccles. IX. 5. *Demonstrat Solid. c. III. §. 3. p. 120. seqq.* A lapsibus Maria, omnem per uitam, libera non fuit; Luc. II. 43. seqq. Ioh. II. 3. 4. Matth. XII. 46. seqq. Luc. XI. 27. 28. Si redire itaque in terram et conditionem iurantium ipsa aspicere posset, nae, in diiudicandis, uel puniendis iurantibus, a lapsibus immunis minime foret: Sin uero, nec adesse, nec corda inspicere, nec ex merito animaduertere in peierantes potest, quod ita omnino est; Cur inuocare eam et uenerari in iuramentis uellemus? Obseruans alibi DAVID PAREVS, *Mariam, cum Sanctis aliis, non esse ~~καταδουλο-  
ς~~ς*, soli Deo deberi cultum etc. in haec tandem erumpit: *Qui igitur per MARIAM, per Sanctos iurant, non minus, quam Socrates per canem suum, uel per lapidem quemuis olim iurans, Deum offendunt, se ipsos et alios deludunt*, Comment. in Apocal. c. X. 6. col. 432. Certe, dissentientes ipsi, quam iniqua sint suorum quorundam hic postulata, ex eo intelligent, quod quondam eiusmodi, per Mariam et Sanctos iuramenta, longius ab Euangelicis, imo, et quandoque a suis etiam, remouerint. Quam pie, quamque ardentem, pro Rege suo et Imperatore maximo Hungari, Lutherani etiam, orent, non sine intimiori sensu, in *Oratione pro Corona, Rege et Regno*, legimus: Insimul uero *Iuramentum Duumuiratus*, duorum Coronae Regni Hungariae Custodum, quorum unus quondam L. B. PETR. REVAY, Lutheranus, alter uero Ill. Com STEPH. PALFFY, Catholicus erat, pensitantes, in eo, quod tamen, quos nominaui, praestitit uterque, nullam *Mariae* atque *Sanctorum* mentionem, sed hunc tantummodo iurandi modum deprehendo: *Iuro per DEVM VIVVM etc. Sic me DEVS adiuet.* Atque haec ea sunt, quae cum pacificationibus, Articulis, Diplomatum et clementissime Euangelicis in Hungaria Concessis, exacte conueniunt. Sic LEOPOLDVS I. in *Diplomate Regio, Condit. VI.* secundum *Histor. Diplom. de Statu Relig. Euang. in Hungar. Period. III. Sect. I. §. IV. p. 56.* sanctissime confirmat, *Quod Religionis negotium, inter uniuersos Status et Ordines Regni - iuxta Constitutiones Viennenses - MANEAT LIBERVM, ILLAESVM et ILLIBATVM, nec QVISQVAM CIVISCVNQVE STATUS*

et **CONDITIONIS** existens, in **LIBERO** cuiusdam usu ac exercitio Religionis, a Serenitate sua et aliis quibusvis Dominis terrestribus, **QVOVIS MODO**, aut quouis sub **PRAETEXTU**, **TVRBETVR**, aut **IMPEDIATVR**, l. c. Ibidem porro, ex **Artic. XXV. DIAETAE**, A. 1681. p. 99. constat, id curasse sedulo, ne **AVGVSTANAE** et Helueticae **Confessioni addicti**, ad **Ceremonias**, **Confessioni suae contrarias**, compellantur, l. c. **Appendicem Historiae**, quam dixi, **Diplomaticae**, si consulas, sub **Lit. F. p. 185.** **Sacratiss. Caesar. Regiaeque Maiest.** habetur, **secundum Acta Diaetal.** in **Hungar. Sempronienſia**, A. 1681. **Resolutio**, in negotio Religionis, secundum quam, **omnes et singuli Status et Ordines**, intra **Regni ambitum existentes**, in sua **RELIGIONE** et **CONFESSIONE** - - **permanere**, iisque **liberum suae Religionis exercitium et usus permitti debet**, l. c. Nec dissentit **Resolutio**, in **Diaeta eadem**, sub **IX. Nou. A. 1681. Appendicis dicti**, **omnes et singuli Status et Ordines**, non solum **Romano-Catholici**, sed etiam **CONFESSIONI AVGVSTANAE** et **Helueticae addicti**, in illa, quam modo profitentur, **Religione**, sine **OMNI TVRBATIONE**, **permanant** - - **neque dicti, Augustanae et Helueticae Religioni addicti, ad ALIAS**, suae **Religionis CONTRARIAS Ceremonias peragendas** - - **COMPELLANTVR**, l. c. p. 192.

III. De abrogandis et euitandis, *per Angelos*, denique iuramentis, multa ut dicamus, non est, eademque et hic obstant, quae iuramentibus *per Creaturas*, *per Sanctos*, ac speciatim *per Mariam*, merito opposuimus. Nihilominus tamen quaedam adhuc de eiusmodi quoque iuramento monenda sunt, quia non defuere, qui in eo etiam admittendo, sibi mirifice placuerunt. *Robertus*, Normanniae Dux, *per Angelos Dei* iurabat, uti apud **LYDIVM** est, **Dissert. de Iureiur.** Syntagmati de **Re Militar. subnex. L. V. p. 307.** Loci **Iustiniani**, Imperatoris, ex **Nouellis** nuper producti, recordamur, ubi concepta formula, sic fuit: **Iuro per Deum - - et Filium eius - - et Spiritum S. et per - - Mariam - - et per sanctos ARCHANGELOS, MICHAELEM et GABRIELEM** (ἱμῶν - - τὸς ἁγίους ἀρχαγγέλους Μιχαὴλ καὶ Γαβριήλ) cetera, *loc. supra cit.* Ast, mire haec superstitiosa sunt, quorum, nec praecepta, nec exempla, nec promissa habentur. Vid. **THEOD. REGNERVS** de **BASSEN**, de **Iureiur. Vett. p. 55. seqq.** **Angeli maiores**, sensu supra exposito, non sunt,

*Per Angelos*  
*eadem, non*  
*iuramus,*

*licet alii id*  
*fecerint*

*Sed rationi-*  
*bis iterum*  
*omnibus ad-*  
*eo destitu-*  
*untur,*

sunt,

ut rectiora  
Pareus

et Augusti-  
nus ipse du-  
dum docue-  
runt.

sunt; nec καγδιου ωσαι, nec iudices, nisi iubeantur a Superiori, constituti, hinc non inuocandi, sed Creaturarum potius ambitu uere comprehensi, omniscientiae, omnipotentiae et omnipraesentiae gloria carentes. *Solus Deus maior est omnibus*, PAREVS alicubi confite-  
tur, iuramenta igitur, non per Deum, sed per - - ANGELOS - -  
facta, de quibus *Ier. V. 7.* nulla esse, uel certe cum Dei contumelia  
esse, consequitur; *Comment. in Ep. ad Ebr. c. VI. col. 298.* quem si  
audire renuant dissentientes, AVGVSTINO tamen aliquid dabunt, &  
nimia in Angelos religione, eorumque cultu, qualis per eos iuranti-  
um omnino est, nos merito auocanti. *Si templum*, aliquando scribit,  
alicui SANCTO ANGELO excellentissimo de lignis et lapidibus facere-  
mus, ANATHEMATIZAREMVR a ueritate Christi et ab Ecclesia Dei,  
quoniam CREATVRAE exhiberemus eam seruitutem, quae UNI  
tantum debetur DEO, *contr. Maximin. Arrian. Episc. L.I.*  
*OO. T. VI. col. 689.*

---

SCRIPTI DVPLICIS  
A P P E N D I X.

- I. Iuramenti, per Sanctos, Ignatiana noua asser-  
tio, publice, in Comitibus Regni, Posonii pro-  
posita et uentilata.
- II. Huius, per Virum Spectatissimum et de Coe-  
tibus Euangelicis insignite meritum, Confu-  
tatio,

utriusque,  
ex Hungaria nuper ad nos transmissi.

I.

*De cultu Reginae Hungariae, Virginis Deiparae,  
in ordine ad exclusionem eiusdem Virginis,  
et Decretalis Sacramenti Formulae.*

- I. **E**xclusio haec fieri non potest, quia Formulae usus est imme-  
morialis, et, si fieri deberet, cum sapiat, tam Legis, quam  
us

usus abrogationem, nec praecise, qua Religionem concernens, considerabile sit, fundamento, Articularis 1. 2. et 3. contentae, Capitulationis, non nisi in Dieta communi Regis et Statuum consensu, fieri potest. Vae! tamen, si eorum fiat, quia

II. Taceantur Victoriae, quas Virgo, Regina, fidelibus suis exoravit Hungaris: terreat uero recens exemplum, Haereticus *Mikós*, qui, ad conciliandam huius exclusionis exoperationem, A. 1732. in Felto Sancti Georgii, militis et martyris, Posonii in Iudicem electus, per Virginem iurare recusans, et facti rationem, postulanti Regi redditurus, adeoque desuper arrepto iam calamo, in Senatoriali Confessu scripturus, sceleratos conceptus, inprouisae et subitaneae mortis umbra, inuoluere coactus est, Filio iudice, qui Virginis Matris, praematuras quasi preces, in Canae Galileae nuptiis, inefficaces permittere non potuit, in carne precibus eiusdem Virginis, primitias miraculorum deferens, ut sapiens memoraretur orbis, quid Virgini Matri impensurus sit Filius in gloria. Non abs re Articuli 54. 1523. et 4. 1525. conditi sunt, quos, ob impeditam temporalis potestatis exequutionem, Pater electae, et omnibus creaturis, filiae, immaculatae matris, quoad carnem filius, Homo-Deus, et uiri nesciae puerperae, Virginis sponus, miratus, indiuidua nimirum diuina Trias, improuisa et subitanea, in ipso laesionis principante actu interuenta, Mikosiana, Lutherana, scilicet Posoniensis Iudicis morte, executione confirmauit.

III. Dicunt Hypocritae Politici: non est laus ex ore peccatoris, ideo Haereticorum inuocatio non est curanda. *Respondeo*: Etiam diabolus confiteri et laudare debet, quod odit: negatur tamen, diuinam Legem esse alterandam, ideoque, si, in nomine IESV, quoad carnem etiam, inferorum genua flectenda sunt, cur non filia diaboli, patris contradictionis et inobedientiae, haeresis nimirum, ueritatis matrem, cuius caro est Filius, Homo-Deus, uenerari debeat? eo potissimum accedente, quod Legge Hungariae damnata, continuis rebellionibus nutrita, effrons et scelerata haeresis, Deiparae uenerationem praetendat, esse blasphemiam, quae tamen ueneratio, in incunabulis Christianae in Hungaria susceptae Religionis, in perturbata traditione uiget, et in infinitum in omnem aeternitatem, multiplicatura est incrementum. Ergo cedat ueritati hypocrita, et ubi blasphema haereticus eiusdem postulato deferre nolit, enimuero succedat Politicus, et omissis aliis Legibus, ex Articulo 12 1550 discat praecise, Romano-Catholicam Ecclesiam in Hungaria esse restaurandam. Iam uero, an huius postliminio, quasi restaurandae restorationis, publicum exer-

citium uerfetur in Forenfis ufus abrogatione, an potius, ut haeretici ui compellendi, ouile, a quo erronee, per uim et feditionem exciderunt, fequantur, oportunis fuafibus et importunis (ne dicam feditiofos preces) emollientibus dilationibus, ad fuffeffiuum Virginis cultum feftantur? Confequenter, utrum horum Christianae Politicae conuenientius fit, fecondum Deum et eius iuftitiam ab hypocrifi pura abhorrere, politico fubmittitur iudicio? ac nihilominus.

IV. Cum negotium fit confeientiae, ecclefiafticus ftatus confulendus uideretur fuper eo: annon blafphemet haereticus, cum dicit: blafphemiam effe, per Sanctos iurare? quaeflionis ratio eft, quod S. Pauli, ad *Timotib. I. Cap. V. 21.* hoc iuramentum legatur: *Testor coram Deo et Chriſto Iefu et electis Angelis etc.* Cum itaque in Lege Patriae, Angeli fe hominum confortes confeffi, et aliunde creaturae fint, annon haeretici per Sanctos, feu, quod idem eft, electos iurare, blafphemiam affirmantes, Paulum iurantem, blafphemiae damnent, horrende blafphemantes? uel uero: An Matrem Dei, Angelis inferiorem, aut purgatorium negantes, plane coelo exulem, noua quaſi haereſi, moliantur, pluſquam blafphemante, et ideo publico, regnantis in Hungaria, Relligionis ftatu exigente, in perfona corifcorum, exemplariter puniendi ſunt? Sacerdotalis confeientiae puritati ſubmittitur. Ex his

V. Mixtum ecclefiaftico-politicum ſuccedit dilemma: uel iurare per Sanctos eft Relligio, uel non? confequenter, uel eft blafphemia, uel non? Si eft Relligio, confequenter, ſi non eft blafphemia, iuret Lutheranus, quia exercet actum uirtutis, iurando ad Legis praefcriptum tum, qua eiuis, tum, qua Relligionem colens, Christianus: Si uero dicat Lutheranus: Iurare per Sanctos, non effe licitum, confequenter, non effe relligioſum, uerum blafphemum, et politice, et ecclefiaftice, maledicit, non tantum actu regnanti Maieftati; uerum et glorioſorum Praedeceſſorum cineribus, utpote, quos blafphemiae damnat; ubi tamen *Exod. XXII. 28.* ſcriptum eft: *Principi populi Tui non maledices:* ergo impugnantes iuramentum, quod populi Princeps, communi ftatuum confenſu depofuit, crimen laefae Maieftatis incurrere, ex Lege diuina probatur. Nec obefit

VI. Quod Iudaei et Turcae, ad hoc legale iuramentum non adſtringantur, quia *reſpondeo*: deſuper alia Lege effe prouifum, ac etiam hos iurium Regni non effe capaces, et chriſtiani nominis effe hoſtes: Haeretici uero ſunt Chriſtiani, ſed errantes, ergo reducendi ad ueritatem, confequenter, niſi uelint pares effe et fieri Iudaeis ac Paganis? paritas effe  
nulla;

nulla; Haeretici enim credunt Virginem Dei Matrem, et quam credunt, blasphemant; Iudaei et Pagani non credunt; consequenter, nec *formaliter* blasphemare possunt.

Pro Appendice, ad detrahendam inquietudini Relligionis larvam, e conuerso, ad demonstrandam, sub specie Relligionis, ciuis patriae, prohibitis contributionibus, excoecandi, licentiam, et Reipublicae exitiosam negotiationem, sequens ea lege nascitur argumentum. *Articulo 29. 1723.* qui Articulus, ut conderetur, uota praecipuorum haeticorum accesserunt, cultum beatae Mariae Virginis, et Sanctorum, opere receperunt haeretici; cum autem ueneratio Sabbathi, opere Dei, adorationem summam complectatur, hinc huius, per haeticos, admissa diuini cultus Festorum obseruatione, aemula existente, ac nihilominus absque blasphemia sacrilegio admissa, cur haeretici, quam opere, Festorum obseruatione nimirum, colunt Virginem gloriosam, uerbo, in testem ueritatis, inuocare recusant?

Iurati Sodalis in Virginem obligata pietas, grati  
ciuis in patriam amor, et Augustae Domus,  
Virgine Deipara protegente, felicitatem, zelantis subditi, illibata fidelitas, haec sentire suaserunt.

## II.

*Examen immediate praemissi Scripti.*

I. Qui idem, simul esse, et non esse pronunciat, is ex mente Philosophorum sibimet contradicere dicitur: Cum igitur Autor exclusionem Beatae Mariae Virginis, e Decretalis Iuramenti formula, *primo dicat, fieri non posse*, statim autem asserat, communi Regis et Statuum consensu, *fieri posse*: Quid eiusdem, ut alias, ita in hoc Scripto, fidei sit tribuendum, aequis Lectoribus iudicandum relinquitur. Fieri non posse, ab auctore dicitur; sed non rite probatur. Fieri posse, patet, cum ex fassione Auctoris, tum inde, quod formula illa sit statutum humanum, adeoque absolute non obliget, consequenter, in Literis sacris, fundamentum non habeat. Fieri uero eandem Exclusionem debere, ita probatur: Quicquid uoluntati DEI, Sacris Literis, piaequae antiquitati repugnat, contradictionem item inuoluit, atque Rempublicam christianam turbat, illud usurpandum non est; Atqui Decretum, de religioso cultu B. Virginis et San-

Etorum tale est; Quia, primo, DEVS indignatur iis, qui non sunt Dii, Jerem V. 7. dicens: *super quo propitius tibi esse potero? Filii tui dereliquerunt me, et iurant in his, qui non sunt Dii.* Et Deuteron. VI. 13. Cap. X. 20. dicit: *Dominum DEum tuum timebis et illi soli serues, ac per nomen illius iurabis,* Isaiae XLV. 23. *In memet ipso iuravi, mihi omne genu curuabitur, et iurabit omnis lingua.* Secundo, nullum habet hic cultus in Sacra S. fundamentum, tecus neque posset, uel communi Statuum et Regis consensu abrogari, quod tamen Auctor asserit. Longo etiam tempore post Apostolos introductus est, quod uel ipsa Decreta testantur; interea uero temporis, male iurasse piam antiquitatem, quis ex Romano-Catholicis affirmabit? Tertio, ipsi Scriptores Rom. Catholici contrarias de eodem fouent sententias, Sodalis enim, anonymus, forte Ignatianus, exclusionem B. Virginis, ex Decretali Iuramenti Formula fieri non posse, asserit; nolentes item per Sanctos iurare, blasphemiae accusat: alter uero, in dem Ignatianus Sodalis, *Richardus Archdelim,* diuersum statuit, in *Bibliotheca Viri Apostolici,* seu *Theologia quadripartita,* primum Louanii, Anno 1671. excusa, dein recusa Pragae, typis Vniuersitatis, Ao. 1678. cum priuilegio Sae. Caes. Raeque Maiestatis et Facultate Superiorum, in quo Libro, Tractatu II do, Part. Vtae, cap. 2. pag. mihi 216. haec legitur iuramenti definitio: *Iuramentum est Inuocatio Diuini Numinis, in rei alicuius testimonium, ac proinde iuramentum, sancte susceptum, est actus Latriae, unde fit, ut solum per DEum uerum, iurare liceat, qui solus est rerum omnium conscius et infallibile testimonium perhibere potest.* Haec tenus alter sodalis: Meum hic non est, lirem dicimere; uiderint boni isti Fratres, num nomen a Iesu, in cuius ore non est inuentus dolus, sibi arrogantes, ore etiam eiusdem loquantur. Quae quidem res, cum ipsos Fratres turbet, quid mirum, quod, quarto, Remp. etiam Christianam dicatur turbare? Taceantur enim uariae, hoc nomine, etiam a Regibus factae, pro nostris intercessionibus; taceantur solliciti et operosi Regum Catholicorum contra nos conatus, indignationes, haereticationes, et lexcenta alia: Terreat uero futurus, cum totius Reipubl. tum eorum, qui ad hoc Iuramentum accesserint, status. Hi sane id fecerint, uerendum, ne sublesta fide omnia agant, quo testimonia, etiam a testibus exacta, iure referas, qui haud dubie ut ait Cicero, lingua iurantes, mentem gerent iniuriam. Hinc sequitur, cultum hunc abrogandum potius esse, quam praescribendum.

II. Cum dicit Sodalis: *Taceantur uictoriae etc.* Sane has uictorias ex Tacito probat, in cuius fidem ego quidem iurare nolim: Sciuit Auctor, opero-



operosum esse, has uictorias, in Annalibus Pannonicis, melioris notae, inquirere: Hinc maluit easdem silentio inuoluere. Scripturam equidem Sacram alias de uictoriis loqui, nouimus; sed non ignorantes etiam, quae sit Scripturae, apud Rom. Catholicos, auctoritas; malumus doctrinam hanc ex antiquitate ecclesiastica illustrare. Extat *Litania* Coenobii Corbeiensis, quae sub Arnolpho Imperatore, in usu fuit, ubi legitur: *Christus uincit, Christus regnat, Christus imperat.* Item: *Gloria nostra, uictoria nostra, Christus uincit, Arnolpho Regi uita et uictoriae, Redemptor mundi, Tu illum adiua*, nulla interim facta mentione intercessionis Mariae; Ergo patet, argumentum hoc, non in Scriptura Sacra, sed in cerebro Anonymi, natum esse. Sciuit quippe cordatior antiquitas, sciimus et nos, solum DEum esse omniscium et infinitum, adeoque solum, omnium calamitatum ad se preces, exaudire posse; Beatissima uero Virgo, et in coelis ancilla Domini, laudibusque Saluatoris sui intenta, eum perpetuo celebrans, quo modo simul possit fidelibus suis uictorias exorare, aut tot millium Rom. Catholicorum preces, ad se fufas, diuersi argumenti, exaudire, non assequimur. Sed, dicit Anonymus, ex reuelatione DEI, id posse fieri: Ast, a posse, ad esse non ualet consequentia. Cur omniscius DEus reuelare debeat alteri, quod actu scit, ut per alium id ipsum uicissim sciat? Nugae, sanae rationi et Sacrae S. contrariae! Sane, qui in nuptiis Canae Galilaeae, sciens, quid facto opus esset, in statu adhuc seruili existens, adeoque parentibus subditus, Lucae II u. 51. duriuscule matri, se interpellanti, respondit; porro, qui eandem benedictam parentem, cum fideli curae Patre, eo nomine reprehendit, quod eundem anxie quaesierint, nescientes, eum in his, quae Patris coelestis erant, debere esse: Is solus uoluit esse Mediator, Aduocatus, et Interpellator noster, longe melius, quam omnes Sancti, sciens, qualiter fidelibus suis succurrere debeat; Secus neque esset omnia in omnibus. Taceantur ergo uictoriae, quas Virgo, Regina, fidelibus suis exorasset Hungaris, excitet uero omnes ueritatis coelestis asseclas exemplum, non *haereticum*, sed soli Christo adhaerentis, *Mikos*, qui Posonii in Iudicem electus, per Virginem iurare recusauit, facti rationem postulari Regi redditurus, ex Ierem. V. 7. quod per eos, *qui non sunt Dii*, iurare non liceat. Id est, quod anonymus Sodalis (sed non Paulinus) *sceleratos* appellat *conceptus*, manifeste et formaliter blasphemans, eo, quod sceleratum appellat id, quod DEus in Verbo suo statuit, consequenter imperfectiones tribuit, id uero est secundum Philosophos, blasphemare. Quod igitur *Mikos* noluit iurare per Virginem, motus Scripturae Sacrae auctoritate, talem Anonymus format con-

sequentiam: *Mikos* noluit iurare per Virginem, ideo inprouisa et subitanea obiit morte. Dignam dissentiente nostro consequentiam! Multi eodem forte die, in uariis orbis partibus, ex ipsis etiam Romano-Catholicis, subito obierunt; ergone ideo temere damnandi sunt? Sciendum ergo erat Sodali Anonymo, primo, *Mikossium* toto, quo uixit, tempore, adeoque et ipsa electionis in Iudicem, hora, fuisse mortalem, consequenter, nihil accidisse insoliti, quod subito (si dicendum est subito) obierit. Secundo, meminisse debebat Paulini illius effati ad ueteres et genuinos Romano-Catholicos: *Inexcusabilis es, omnis homo, omnis, qui iudicas*, Rom. II. 1. adiuncto, ex I. ad Corinth. IV. 5. illo: *nolite ante tempus iudicare, quoad usque ueniat Dominus*; qui Textus, ni fallor, in exequiis pie memorie *Mikossii* expositus est. Cedat ergo temerarium Sodalis anonymi de eodem iudicium et constantis *Mikos* molliter ossa cubent.

III. Finito, cum cineribus politici olim *Mikos* certamine, nouam orditur litem Anonymus cum uiuis, quos *hypocritas* appellat, politicis, num satis polite, ipsis iudicandum relinquitur. Mordax, illos *hypocritas* appellat, nos *haereticos*, sed neutrum probat, adeoque, a dici ad esse non ualet consequentia. Perinde concludit, cum dicit, etiam diabolum confiteri et laudare debere, quod odit; Respondetur enim, a diabolo ad homines pessime concluditur. Quia nos, primo, DEUS non cogit, ut per creaturas iuremus, sed potius se uere auocat, in loco citato, Ierem. V. uolens habere populum spontaneum. Secundo, diabolus confitetur et laudat, quod odit, ideoque peccat, quia non laudat ex fide; licet enim laus haec, ex parte DEI, in gloriam iustitiae et Maiestatem eius uergat, tamen, ex parte diaboli, est grauissima poena, et peccatum, nec tamen hinc inferre licet, quod DEVS, qui ipsa Sanctitas est, ad peccatum cogat. Tertio, nos Sanctos et B. Virginem odio non prosequimur, quod per eos iurare nolumus, quippe quem cultum soli DEO Scriptura appropriat; quin potius, ut amicos DEI, sancte honoramus, uirtutes eorum praedicamus et per DEI gratiam etiam imitamur, atque imitandas suademus; omnia scilicet ad maiorem DEI gloriam, cuius lex est: *Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli seruias*. Negatur ergo, diuinam legem esse alterandam, in gratiam patriae legis. Negatur etiam, Euangelicos cogendos esse ad prohibitum in Scriptura Iuramentum; secus, ut diaboli coacta laus, Deo non est grata, ita eorum iuramentum non est gratum, sed ingratum erit. Dictum uero, ad Philip. II. 9, 10. cuius fragmentum Auctor adducit, pro nobis potius est, quam contra nos, quia ibidem cultus adorationis ipsi Filio DEI tribuitur: *Vt in Nomine IESU* (non Mariae) dicit Paulus, *omne genu flexatur,*

*Etatur, coelestium etc.* Ergo etiam B. Virginis Mariae, quae, cum Salvatore suum perpetuo laudet, eidemque seruiat, quomodo tot iurantium, per nomen suum, uoces et obtestationes, queat percipere? Pessime ergo infert Auctor: in Nomine IESU etiam inferorum genua flectenda sunt: ergo B. Virgo Maria religiose est adoranda; ut enim creatura, a Creatore differt, ita, quod proprium est Creatori, eidem, quod uero proprium est creaturae, uicissim huic, est deferendum. Solus potius Deus adoretur, Maria et Sancti honorentur, qualem Deiparae Virginis uenerationem, quis unquam ex nostris praetendebat, esse blasphemiam, quod nobis effrons Anonymus falso imputat. Nec obstat, quod idem uenerationem beatae Virginis religiosam, ab incunabilis christianae in Hungaria Religionis, uiguisse asserat; Hic enim, cum S. Cypriano respondemus: *Si solus, inquit ille, Christus audiendus est, non debemus attendere, quid aliquis ante nos faciendum putauit, sed quid prior Christus, qui ante omnes est, fecerit, nam consuetudo quae ueritate nulla nititur, aliud nihil est, quam error inueteratus:* Quae doctrina uere est Catholica in Hungaria, omnino restauranda. Quantis enim parasangis hodierni Catholici a ueteri illa Romano-Catholica doctrina recesserint, id uel ex solius Epistolae ad Romanos, per Paulum scriptae, lectione apparet, quae, ut diligentius a Romano-Catholicis legatur, est quod optamus. Paulus certe errantes, precibus, obsecrationibus, argumentis, adeoque armis spiritualibus ad ueritatem deducendos, passim suadet; Hodierni uero Romano-Catholici, constantes et ueros Euangelii IESU Christi affectas, honoris illius uindices, et Testamenti fideles custodes, uariis persecutionibus, carceribus, omnique adeo externa ui, ad capeffenda sua dogmata, cogunt, dudum scilicet edocti, ex Dialectica Anti-Christiana, ex igne, aqua et laqueo, sceleratos formare Syllogismos, ubi mors necessario ingreditur conclusionem. An uero haec, secundum DEum et eius iustitiam, fiant? cordatus quisque iudicet.

IV. Cum negotium sit conscientiae, non est super eo consulendus status ecclesiasticus Romano Catholicus, ut Anonymus iudicat, quippe qui, dubitans et incertus de sua suorumque salute, haud dubie uiam etiam salutis dubiam habeat, per consequens iudicium erroneum ferre potest; sed, Scriptura Sacra, infallibilis omnium controuersiarum iudex: An scilicet non blasphemet haereticus, dum dicit, blasphemiam esse, per Sanctos iurare? Rationem quaestionis huius redditurus, Anonymus, delatis prius consularibus honoribus, Statui ecclesiastico, uertit se ad suffragium Paulinum, hoc, inquiens, S. Pauli 1. Tim. V. 21. iuramentum legitur:

legitur: *Testor coram Deo et Christo Iesu, et electis Angelis.* Gratum profecto nobis est, quod auctoritate Scripturae sacrae, nobiscum pugnare satagat Anonymus, et quidem eius Scripturae, in qua, uel Romano-Catholicis Scriptoribus non dissentibus, de iuramento per B. Virginiem et Sanctos, neque apicem inuenias; credibile enim est, Anonymum argumentum hoc Paulinum, tanquam firmissimum, ad fulciendam hanc doctrinam, adducere uoluisse. Vbi uero hic est B. Virginis uel Sanctorum demortuorum mentio? Num testari et iurare, idem est Anonymo? Haec equidem uocabula apud nos sunt diuersae significationis. Dolendum, eum tum temporis non uixisse, dum Decretale Iuramentum in patriam nostram inducebatur; forte enim monuisset, iam priorem iurasse Paulum, adeoque Paulinam saltem formulam esse retinendam; Nec abs re. Aut enim iuramentum hoc Paulinum (ut idem Anonymus appellat) praeferendum est decretali, aut non? Si est praeferendum, quare a Legum patriarum Conditoribus est neglectum, hodieque negligitur, neque nobis, qui idem ultro acceptaremus, commendatur? Si non est praeferendum, uapulat autoritas Pauli, uiri, diuinitus inspirati, consequenter ipsi etiam diuinae Maiestati detrahitur, quia humana statuta diuinis praeponuntur, hacque ratione, DEO imperfectiones tribuuntur; id quod Philosophis est blasphemare. Falsum uero est, nos Paulum iurantiem blasphemiae damnare, adeoque horrende blasphemare, quia Paulus hoc loco non iurat, per Sanctos. Ergo neque blasphemare potest, sed saltem testatur, et iuxta graecum textum, proprie obtestatur coram DEO et Christo Iesu, et electis Angelis, qui omnino, cum nostri custodes sint, nostrarum etiam actionum sunt consci, et in testimonium uocari possunt. *Abraham* uero et alii Sancti, nos ignorant, Es. LXIII. 16. Qua igitur in forma sit Anonymi argumentum, quilibet perspicit, qui, si fontes graecos inspexisset, nec uoces, iurare, et testari, confudisset, forte *Virgilianum* illud dicturus erat: *Nec sum adeo informis, nuper me in littore uidi, cum placidum uentis staret mare:* An ergo exemplariter sit puniendus, quod sensum Sacrae S. temere peruertat, adeoque crimen falsi committat, mea quidem uenia, sacerdotalis conscientiae puritati submittitur.

V. Anonymus inquit: *Vel iurare per Sanctos, est religio, uel non? Consequenter uel est blasphemia, uel non?* etc. Eximium dilemma is artificium! Quasi uero tertium non daretur, scilicet, quod iurare per Sanctos sit superstitio, nusquam a DEO praescripta, sed ipsi potius inuisa, inepte ergo concluditur: Iurare per Sanctos, non est religio; Ergo est blasphemie

blasphemia. Idem enim est, ac si diceret, cum Franciscanus puluere in Templo utitur sternutatorio, non est Relligio; ergo est blasphemia? ἀδελφον! quod Sodalem Marianum haud decet; sed grauioris momenti res disputanda proponitur. Dicit enim, *si dicat Lutheranus, iurare per Sanctos, non esse licitum, consequentur non esse relligiosum, E. esse blasphemum*; Quam consequentiam non nos, sed ipsum Anonymum fingere, supra demonstratur. Nobis enim non statim est blasphemum, quod non est relligiosum. Male dicit: *Non tantum, actu Regnanti Maieitati etc. consequenter, crimen laesae Maiestatit incurrit*. Tam argute nos Auctor criminis damnat; mirum, quod non simul capitis. Quia uero fama, fides et oculus non patiuntur iocum, argute hic non minus, quam accurate ipsius criminationes oportet nos repellere. Et, ne, more Anonymi, progrediamur, definiamus, quid blasphemare et maledicere, cum Theologis, tum Philosophis, significet. Blasphemare, Philosophis est oratio, tribuens DEO uitia, uel imperfectiones. Maledictio, uel maledictum, est oratio, alteri malum cupiens, ipsi *Richardo Archdelin* e S. Iesu Theologo, in, supra citata *Bibliotheca Viri Apostolici, Tr. II. Part. V. Cap. 2. p. m. 215. blasphemia est maledictio, siue contumelia in DEum (etiam in Sanctos, quod No. II. monet) ut, si quis DEum uocet, tyrannum aut iniustum dicat, se aliquid, DEO inuito, facturum*, ita definit enim *Archdelin*, Sodalit Ignatianus; iudicet iam cordatus lector, an, si dicat Lutheranus, iurare per Sanctos non esse licitum, uel ipse blasphemet, uel alios blasphemiae damnet, uel denique Principi populi maledicat, sicque crimen laesae Maiestatit incurrat? infelicem hac ratione et ipsum *Richardum Archdelin*, Societatis Iesu Theologum! quod in definitione iuramenti supra allata, et ipse dicat: *Solum per DEum uerum iurare licere*; Quod plane idem est, ac si nobiscum diceret: Iurare per Sanctos, non est licitum; Ratio: quia solum per DEum iurare licet. Absoluat igitur Sodalit Anonymus primum Sodalem suum criminis laesae Maiestatit; absoluat Superiores, et Prouincialem Bohemiae, quorum facultate liber hic prodiit, postea nos illius postulet. Certe, qui sinceram de Magistratu politico, et publice, et priuatim, proponunt doctrinam, omnem animam subiectam esse debere (secus ac hodierni Romano-Catholici faciunt) Eminentioribus Potestatibus, cum Veteribus illis Romano-Catholicis et horum Doctore, Paulo, statuunt, ad Rom. Cap. XIII. 10. qui pro uniuerso coetu Christiano

in specie, pro incolumitate Clementissimi Regis totaque adeo Augusta Domo Austriaca, ardentibus ad DEum fundunt preces, qui denique publica munera summa fide administrant, iniuste criminis laesae Maiestatis damnantur. Si uero pergat Anonymus dicere: Atqui Lutherani, per Sanctos iurare, dicunt esse blasphemiam, consequenter, non tantum, actu Regnanti Maiestati, uerum etiam Gloriosis Praedecessorum Cineribus maledicunt; *Respondeo*, primo, iam supra notatum est, quod Anonymus male concludat, cum dicit: quod non est Relligio, illud est blasphemiam; Item: Lutherani dicunt, per Sanctos non licere iurare; ergo maledicunt; ergo crimen laesae Maiestatis committunt. Secundo, esto ita, quod iurare per Sanctos, sit blasphemiam; non foret, respectu Romano-Catholicorum, sed esset talis, si Lutheranus iuraret, quia credit, et est conuictus ex Scriptura, quod DEO displiceat; si ergo iuraret, ipso actu, se aliquid, DEO inuito, facturum testaretur, adeoque, ex sententia *Archdelin*, blasphemaret. Romano uero Catholici non credunt, illud fieri, DEO inuito, ergo nec formaliter blasphemare possunt, consequenter, nec id credere debent, quod a nobis blasphemiam damnentur, id quod ex ipsius Anonymi uerbis colligitur. Inspiciamus uero iam et ipsam Romano-Catholicorum praxin, an scilicet ipsi in sinu non foueant, cuius nos temere damnent? Num soleant extollere se super Magistratum publice scriptas resolutiones, summas etiam, pro statu Euangelico? castigare easdem, sugillare, iniustas appellare, ut, ante paucos annos, Pater quidam purpuratus fecit? porro mandata suae Maiestatis contemnere? Summo hoc nomine, in uariis commissionibus et executionibus, abuti? omnia denique audere? An ista non sunt crimina Maiestatem laedentia? Iudicent aequi censores: ubi enim rerum adsunt testimonia, non opus est uerbis.

Nos uix de crimine aliquo somniamus, iam illius rei postulamus, iam condemnatur. Ita dat ueniam coruis, uexat censura columbas. Nec mirum; ipsi enim sunt accusatores, ipsi testes, ipsi iudices. Sed placuit Anonymo, dilemma necere; placeat soluere: An, in nomine solius ueri et unius DEI, legitime iurare, sit peccatum, uel non? Si non est, iurent ita Romano-Catholici, et nobis aequae iurare concedant, quia exercebunt actum uirtutis, iurando ad legis diuinae praescriptum, tam qua Christiani, tam qua charitatem colentes ciues, secundum illud Paulinum, ad Romanos, olim Catholicos,

Cap. XII. 18. *si fieri potest, quod ex uobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes.* Si est peccatum, male Patres in utroque testamento, male alii plurimi ueri Christiani, iurarunt, male et ipse Paulus testabitur, ad Philip. I. 8. *Testis, dicens, est mihi DEVS* (non B. Virgo, aut alii Sancti) ut ipsos Romano-Catholicos taceamus, qui, secundum definitionem supra adductam ex *Archdelino*, Iesuita, iurarunt.

VI. Si Iudaei et Turcae ad legale hoc iuramentum non adstringuntur, multo minus nos adstringi debere, ita probatur. Primo, quia nostri, qua ciues Patriae, publica etiam munera obeunt, quae ad commune totius regni commodum pertinent, adeoque fidem haud extortam, sed spontaneam requirunt, ne scilicet, si male, aut contra suam religionem, ac conscientiam iurent, in male promissis, fidem non esse seruandam, existiment.

Secundo, licet ergo hoc iuramentum sit legale, huius tamen Euangelici capaces non sunt, quippe, pro quibus, non est conditum, sunt etiam illius (non ut legis, sed ut falsi dogmatis) hostes, nihilominus in ciuitatem cooptati et admissi, sicque iuramenti Regni, quod non turbat eorum Religionem, capaces.

Tertio, desuper etiam alia lege est prouisum; Diplomata enim Regia, quae haud dubie uim legis habent, libertatem Religionis nostrae, in Hungaria, confirmant, nosque in eadem turbari, prohibent.

Cum ergo Iuramentum in nomine solius DEI, ut pars cultus diuini, pertineat etiam ad religionem nostram; prona est consequentia, nos, auctoritate ipsorum diplomatum, a Decretali Formula eximi. Credibile etiam est, de hoc rigore et zelo facile remissuros Romano-Catholicos, si modo Euangelici Iudaeis et Turcis pares esse uelint, hoc est, patiantur, se ciuitate excludi et libertatibus priuari: Tum quidem, licet in nomine deorum et dearum, iurarent Euangelici, parum a Romano-Catholicis curabitur. Ita priuatum, ut aiunt, interesse et Religio pari apud eosdem passu ambulat. Denique, ut omnia inculpationibus implent, Anonymus, haec nobis affingit: Haeretici cum Romano-Catholicis credunt Virginem, DEI matrem; Et quam credunt, blasphemant. Non desinit ineptire; si enim quaeras, cur blasphemant? Respondebit, ut supra, eos dicere, quod, per Sanctos iurare, sit illicitum: An uero hoc sit blasphemia, iudicent cum Scriptura, sapientes. Dolendum sane, quod ipsi Ro-

mano Catholici Iudices blasphemare doceant, cum scilicet nos, quos Christianos esse, non dissitentur, miris modis uexent et persequantur, hocque ipso Iudaeos, ad pessime sentiendum de Christo et Christianorum nomine, inuident, sicque in incredulitate confirmant.

Perplexi, ad extremum, uenit expendenda appendix, cuius sensus hic est: Euangelici Mariae et Sanctorum Festa celebrant; igitur eisdem relligiose inuocant, et adorant: ita, ut dicitur, finis coronat opus. Parcendum tamen hic Anonymo, quia non est ausus, ex libris, ut uocat, haereticorum addiscere, secundum illud Paulinum, *I. ad Thessal. V. 20. omnia probate, quod bonum est, tenete*: Cui fini nos Mariae et Sanctorum Festa celebramus, memores illius, quod idem S. Paulus, Epistola ad Hebr. XII. 2. dicit: *Memento Praepositorum uestrorum, qui uobis locuti sunt uerbum DEI, quorum intuentes exitum conuersationis, imitamini fidem*. Nos ergo Mariae et Sanctorum Festa, pro libertate Christiana, celebramus, ut DEum in his celebremus, et solum unum uerum inuocemus, Sanctos uero, et eius amicos, nostros uero in doctrina Euangelica duces ac Doctores honoremus, ut pie imitemur.

Articulus igitur 29. 1723. qui alioquin ad uota haereticorum; quales nos esse uolunt, dicitur esse conditus, contra articulum Paulinum, supra citatum, hic perperam adducitur. Ira auctor Anonymus a contradictione exorsus, in omnibus punctis, consequentias malas formans, male etiam conclusit, quem pro appendice, contra DEum, contra Regem (uere saeculi nostri Salomonem pacificum) contra legem et contra Mariam peccasse, ita demonstratur. Primo DEVS dicit, *Esaiae XLV. 23. mibi iurabit omnis lingua, quod, addito soli, declarat Ierem. V. 1. ubi per id, quod non est DEVS, iurare prohibet*; Maria autem et Sancti non sunt Dii. Secundo, Rex uult, ut in relligione non turbemur, consequenter, in nomine folius DEI, quod ad nostram pertinet relligionem, iuremus; quod patet ex Diplomatibus.

Tertio, Lex patriae aliud non potest uelle, nisi, quod Rex: Diuina lex, quid uelit, patet, propter allata loca, ex Deuteron. VI. 13. Quid, quarto, Maria? forte hic Anonymum pallio suo proteget, ne appareant sophistica? absit; Non amat castissima Virgo mandu sui contemptores. Tantine criminis Sodalem Marianum accusare audeas? Salua res est, Ioannes est testis, uir etiam apud Romano-



mano-Catholicos bonae fidei. Sic uero ille pro nobis, Cap. II. 5. dicit mater eius Ministris: *Quodcumque dixerit uobis* (Christus) *facite*; O! praeclarum, beatissimae Virginis monitum! Omnibus humanis traditionibus et decretis anteponendum! Gaudemus profecto nos hodiernum, Christi esse ministros, ut, et Matri, et Filio obediamus. Quid autem ille dixit? *Dominum DEVM tuum adorabis, et illi soli seruias*, Matth. IV. 10. Quomodo porro iubet orare? *Sic ergo uos orabitur: Pater noster*; nusquam uero: *Maria nostra, Domina nostra*, miserere regni tui Mariani, miserere, te rogamus, Christiani. *Quia solius DEI est regnum* (etiam Hungaricum) *et Potentia, et Gloria, in secula saeculorum*. Istam, de DEO, Rege, Lege et beata Virgine Maria, doctrinam fouemus, in hac uiuere et mori cupimus, id quod coram DEO et Christo IESu et electis Angelis testamur: *Ita nos DEVS adiuet!*

Si sapit, hinc discat, nos uexans ista propago,

Quid Deus, ac Rex, Lex, quidue Maria uelit.

Vos uero, o mei, quibus prisca ueritas curae cordique est, memores estote, tot tantorumque Scripturae S. monitorum: Memores ipsius Saluatoris mandati, quod, qui temere uiolant, non amant eum; *si quis autem non amat DEum nostrum IESum Christum, sit anathema*, 1. Cor. XVI. 22. Omnis, inquit idem, *qui confitebitur me, coram hominibus, confitebor et ego eum, coram Patre meo, qui in coelis est; Qui autem negauerit me coram hominibus, negabo et ego eum coram Patre meo*, Matth. X. 32. Negant, autem Christum omnes, qui aliter, ac ipse in uerbo suo praescripsit, iurant, perindeque, ut Petrus, qui negauit, se Christum uel nosse, uel ex eius discipulis esse, faciunt. Si qui forte haecenus ita abnegarunt Christum, desceant, cum Petro, lapsum suum, et solum Domini nostri IESu nomen inuocent. *Quisquis enim inuocauit nomen Domini, saluus erit*; sapientibus satis.

Iurati Christi Sodalis relligiosa in solum DEum obligatio, grati ciuis in patriam, & Clementissimum Patriae Patrem, pietas, literarumque sacrarum summa auctoritas, haec statuere, iusserunt.



# RESPONDENTI

SVO,

S. P. D.

## PRAESES.

---

**N**osti, quam enixe flagitauerit Tibique, filio, iniunxerit Patria, ut, si rationem studiorum reddere aliquando uelles, in argumento, quod, et tempori conueniret, et necessitati, elaborares. Refragari desiderio, tam pio tamque honesto, rus inficetum sapere et frigidius ueritatis studium, uideri aliis potuisset. Diuino itaque praesidio, cui res Tuas committere assidue soles, nunc fretus, tuaque uirtute alacris, Patronis Optimis, NOBILITATI cum primis in patria EVANGELICAE, sub CAPITE AVGVSTISSIMO, quo melius, ne mente quidem concipiunt, pro perpetua tantae Maiestatis incolumitate suspiranti, praesens opusculum tradis, quod quorundam moleste sedulo-

*sedulorum industria, paulo diligentius instruere iussit, quemadmodum et peculiari, ante aliquot annos, Theologico Responso, eadem illa ueritas a Nostris asserta est. Summus in eo uersatur, ac Maiestatis maximae cultus, nec quicquam demtum sibi, putabunt Sancti, quorum omnia se hic detulisse ad Summum, quem in aeternum adorant, felicitatis et gloriosae recordationis non ultima pars est. Maximum hunc rerum nostrarum Arbitrum, optime GREGVSCH, Tu saltim uenerare porro, ac totum Te Illi per- mitte, qui, dum, in studio ueritatis, religiose transactae apud nos uitae, industriae, mihi in acroasibus academicis, quotidie perspectae, modestiae item, dum nemini grauis fuisti, Tecum testimonium reportas, Tibi prospiciet abunde.*

*Solium Idem Ille fulciat, subsidiis magnis, in quo, plenus Maiestate, AVGVSTISSIMVS confidet. Rem Sacram tueatur, NOBILITATEM inprimis EVANGELICAM, et quot- quot ei bene cupiunt, Patronos. Fractis Barbarorum, uel in propria saeuientium, uiscera, uiribus, pacem auream reddat. Diram et metu- endam*

endam luem, uel in pristinos angulos repellat,  
uel prorsus auferat et exitiali contagio quassa-  
tos, formiduloso hoc malo tandem aliquando li-  
beret! Meo denique nomine, si ad Tuos redie-  
ris, Patronos et Venerabiles Verbi Ministros,  
qui mihi innotuerunt, et quotquot Vitembergam  
amant, bene ualere iube. Vitembergae,  
Saxonum, d. XVI. Mart. A. R. S.

c1o 1o CCXXXIX.



